



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized
by Google as part of an ongoing effort to preserve the
information in books and make it universally accessible.

Google books

<https://books.google.com>



JOACH. STEGMANI

DE IVDICE

Et

NORMA

Controversiarum fidei

Libri II.



ELEUTHEROPOLI,

Typis Godfridi Philadelphi,
Anno M D C X L I V.

,
T,
,

IPSE FACIET

Liber I.

De Controversiarum fidei

I V D I C E

Captit. I.

Aditus ad rem generalis.



Vum omnis de re
quavis cum adver-
sario suscepta di-
sputatio , ad eum
etmnino finem di-
rigi debeat, ut de veritate falsi-
tateq; , deq; justo & injusto ju-
dicum fieri errorq; omnis ac
pravitas evitari possit . de duo-
bus convenire ante omnia in-

Dispu-
tatio-
nis hu-
jus ne-
cessitas,

ter quosvis disputantes oportet:
De Iu-
dice. Alterum est, cuius sententia
 standum in ista sit controversia:
Quid
judez. Alterum, quę Norma sit, ad
 quam tum res ipsa disceptari;
 tum sententia ferri debeat. Iu-
 dex autem est, qui de rebus
 controversis secundum veri re-
 etiq; normam, decernendi ac
 statuendi jus & potestatem ha-
 bet. Et ut communiter quidem,
 ac fortassis propriè vox illa su-
 mitur, eum denotat, qui vel ju-
 re naturæ, vel post constituta ju-
 dicia publica, jure positivo eam
 potestatem exercet adversus ali-
 os sibi, sive naturaliter, sive ex
 contractu, eoq; seu voluntario
 seu involuntario, aut delicto a-
 liquo, saltēm in conscientia, vel
 ad obedientiam; vel, si ipsius se-
 qui sententiam noluerunt, ad
 pœnam, sive ab ipso, sive ab a-
 lio

lio aliquo inferendam obligatis.
Non infrequens tamen & hæc
vocis istius notio est, qua quem-
vis etiam alium significat, qui
modo sive de suis, sive de alte-
rius cuiusq; seu factis, seu di-
ctis, seu deniq; cogitatis fert
sententiam, etiamsi nullam ali-
os cogendi potestatem habeat,
adeoq; etiamsi nemo illius se-
qui judicium simpliciter obli-
gatus sit: Imo etiam si secum
privatim, & sibi ipsi, non alijs,
sententiam ferat. Cujusmodi
Ciceroni est aequus estimator &
judex rerum. Horatio subtilis
veterum judex & callidus. Quo
sensu frequentissime Me judice,
Te ipso judice similiq; modo di-
citur. Longius abit Claudianus:
Libravit geminas eventu judice
vires, & Livius: eventus belli ve-
lat aequus judex unde jus stabat &

*Quid
Norma*

victoriā dedit. Normę vero nomine intelligimus tum leges, quę voluntatem & mores nostros; tum, quæ intellectum & cognitionem potissimum dirigunt, Principia: Principia, inquam, non ipsius rei tantum, quæ constitutionis vocant, quæque essentiam rei largiuntur: sed & cognitionis ac scientiæ, quę licet causæ rerum non sint; sunt tamen argumenta in rei notitiam nos deducentia. Eaq; duplicitis sunt generis. Quædam omnium dicuntur prima & communissima, quod rebus in universum omnibus competant; unde & ab omnibus merito recipiuntur: *Quod si quis ea neget,* contra illum nequaquam disputandum esse censem. Deinde alia quædam ab illis prioribus dependent Principia, quæ proinde

inde simpliciter prima non sunt: sunt tamen in suo genere principia, nempe sequentium, seu eorum, quæ ex illis deducuntur. **Quemadmodum** prosyllogismi complexio principium est conclusionis inde deducetæ; licet ex alio illa principio derivata sit. Aut quemadmodum consul in civitate primus, id est, supremus est, licet alium in regno se priorem ac superiorem, ipsum nempe regem, à quo dependet, agnoscat. Et contra hæc negantem principia disputandum equidem, Verum non ex iis ipsis, quæ ille negat principiis, sed ad alia ab adversario concessa progrediendum. Utrumq; autem tam Iudicem quam Normam ita comparata esse necesse est, ut vel ab utraq; disceptantium parte recipiantur;

tur; vel ab adversario saltem, nisi sibi ipsi adversari velit, rejec-
ti minime possint, ut ut forte tu
ipse ea vel suspecta vel falsa eti-
am habeas. Idq; totum cum
in finem requiritur, ne in infini-
tum (à quo ipsa abhorret natu-
ra) progredi sit necesse, adeoq;
ne frustra nobis divinitus con-
cessum videatur veritatis inqui-
rendæ studium: Quin potius,
ut posteaquam ad ipsa sit dedu-
cta principia, cesset disputatio,
atq; in lata sententia acquiesca-
tur. Quocirca rectissime mihi
facete videntur illi, qui Theo-
logicas aggressuri controversias,
de Iudice & Norma eorum
cum pri⁹ solliciti sunt: Prae-
fertim quia hac ipsa de re inter
eos, qui Christi appellantur de
 nomine, non parum controver-
titur. Et non exiguum præte-

rea in illa momentum situm est. Nam non modò, si rectè constitutus sit judex & Norma, verò investigatio & perspicientia in reliquis facillima erit: Sed & contra, si hic erretur, maximo id impedimento, sc̄e p̄issimè vero etiam periculosissimi erroris causa esse poterit. Etsi verò ad hanc ipsam etiam de judice & Norma controversiarum fidei dirimendā controversiam, non minus tum judice tum norma opus est, cum non paucis ea involuta sit difficultatibus: Non est tamen metuendum, ne vel infinitum abitura sit disputatio; vel communia desint principia, è quibus decidi de ista controversia possit. Iudicem enim hic eum appellabimus, quem quisq; tacitus vel jam ante secum constituit, vel saltem ad-

mittet protinus: Quippe quem nemo nisi seipsum indignum fide habeat, rejicere poterit. Tu ipse, Lector, quisquis es, seu amicus seu inimicus, Iudex esto. Non refugio: Modò sana ratione, uti quidem hominem decet, utaris. An displicet Iudex? Tibe
nne ergo ipsi suspectus es? Accerse quovis alios, & libera sa-
naq; mente, quæ dicentur, exa-
minato. Forum non declina-
bo: Sed tamen hic ne erres, vi-
de. Ne mihi; sed tibi judices.
Ad me quod attinet, ipse judi-
cabo, etiamsi quæ contra attule-
ris. Ad hanc enim judicandi
libertatem colloquentes tacito
veluti pacto sibi mutuo obliga-
ti sunt, sive naturæ ipsius instin-
ctu; sive sermonis notarumque,
quibus cum aliis animi sensa
communicamus, instituto. Fru-

stca

Cap. I. Aditus Generalis.

ii

sta enim sine ejusmodi conces-
sione libertatis judicandi, alter
alteri loqueretur. Nimicum eō
loquimur & scribimus, ut audi-
entes legentesq; & quid veli-
mus, & quam justis rationibus
velimus, dijudicent. Vnde &
Apostoli Petrus & Iohannes ad-
versariis suis, Paulus iis, ad quos
scribebat, ut ipsi judicent, saltem
permittit si non præcipit. Se-
quitur ergo, ut Norma, seu
Principia hujus de Iudice &
Norma controversiæ querenda
sint. Eorum verò non exigua
se nobis offert copia. Sunte-
niam, quæ neutra de hoc argu-
mento disputantium pars nega-
re queat. Sunt quæ neutra velit.
Prioris generis sunt, quæ à natu-
ra rerum non sublunarium tan-
tum; sed & cœlestium, nec hu-
manarum solum; sed & divina-

A&.iv.
19.

I. Cor.
x. 15.

Princi-
pia
Philo-
sophica

rum, adeoq; in universum plane omnium fluunt. Natura enim serum omnium communissima simul & certissima omnis veritatis falsitatisq; norma est. Vnde verissima illa: quodlibet esse, vel non esse, adeoq; de quacunq; re veram esse vel affirmationem vel negationem, neq; ullo fieri modo posse, quin vera sit enunciatio, cuius contradictoria falsa est, & falsa, cuius contradictoria vera: Et si quæ alia vel ab his dependent, vel eis sint affinia; Qualia sunt de natura causarum, effectorum, subjectorum & similiūm. Huc insitum etiam omnibus honesti atq; inhonesti discrimen, omnisque virtutum & vitorum, decorumq; atq; turpitudinis ratio pertinet: similiter & communis saltem illa fides, quam cum viri

graves, tum consentientia historiarum monumenta, constansq; fama publica apud omnes merentur. Talia, nisi qui ipsum hoc universum evertere velit, inficiari nemo ausit. Posteroris generis non dignitate; sed ^{Theo-} naturæ & universalitatis ordine logica; principia, quæ nec nostrum, nec illorum, quibus cum hic nobis controversia est, rejicere quisquam velit, ex ipsa religione desumpta sunt. Nam non modò numen aliquod ejusq; cultum, sed & nominatim Christianam religionem utrinq; agnoscimus. Agnoscimus insuper utrinq; ea omnia, quæcunq; sacris veteris noviq; fœderis continentur literis, verissima esse, & omni excepcione majora. Itaq; quicquid si-
ve ex natura, sive ex scriptura ad religionem pertinens utrinq; re-
cepimus.

ceptum est, id principii rationem habere poterit: Vti Deum esse, cumq; unum: Omnum rerum conditorem, & judicem: Malos punire: Piis largiri præmia: Fœdus pepigisse olim cum judexis, nunc denuo cum universo hominum genere: Iesum esse novi fœderis mediatorē, & Christum seu summum sacerdotem ac Regem populi Dei: Ad dexteram ejus in cœlestibus collocatum: A nobis divino cultu prosequendum: Vitam post hanc, sempiternam expectandam: Proximum etiam inimicum diligendum: sancte, castè, & temperanter vivendum: Malum etiam quodvis, ne crudelissima quidem morte excepta, pro gloria Dei Christique, proq; fratris salute, cum primis sempiternas, fortiter perferendū.

dum esse. Et quæ sunt alia quam plurima, tum sacris literis compræhensa; tum natura etiam nota; siquidem extra controversiam sint posita. Taceo tot verba, sententiasque Hypothecis. tum adversariorum, quæ nobis; tum nostrorum hominum, quæ illis argumenta πρὸς ἀνθρώπους dicta, scū apud hominem, nempe eum, qui illa concedit, valitura suppeditant. Principiūrum enim instar adversus auctores suos sunt, quamdiu ea defendant: ideoq; nīl seipsoſ refutare velint, nec, quod illis contrarium sit adnittere, nec quæ ex illis legitimè deducuntur, rejicere possunt. Ex iis ergo, quæ hucusq; differimus, manifestum cuivis cordato est, frustra esse eos, qui nobiscum disputandum non esse censent, eo, quod

quod nec judicem communem,
nec communia habeamus prin-
cipia: **Q**uum ipsi tamen non
tantum homines sint, adeoq; ra-
tionis suæ judicio secundum
prima illa & universalia omnis
veritatis principia, una nobis-
cum, quæ utrinq; adferuntur,
examinare queant: **V**erum etiam
Christiani audiant, adeoq; o-
mnia illa, quæ de Deo Christo-
que, deq; officio nostro extra
controversiam sunt posita, no-
biscum pro principijs indubita-
tis agnoscant. **Q**uare, postca-
quam forum nocti sumus com-
petens: rem ipsam aggrediamur.

Propo-
silio. Et primum quidem de judice,
post separato etiam libello de
Norma controversiarum fidei
disputabimus. Deus autem pa-
ter, pater ille lumen, meq;
teque, lector, spiritu suo sancto
ducat

ducat in viam rectam & planam: ut cognito abjectoq; errore, veritatem videamus & amplexemur, vitamq; ad illias prescriptum conformemus: quo haeredes tandem sempiterne felicitatis fiamus, per Dominum & servatorem nostrum Iesum Christum Amen.

Cap. II.

Status Controversie.

ITaq; de judice Controversiarum fidei aeturi, ut res sit expeditior, ea quæ extra controversiam sunt, separabimus: & quid propriè sub disputationem veniat, accurate videbimus. Convenit ergo inter eos, qui diversum in Religione Christiana sensum sequuntur,

An
Deus
judec.

tur, *Ipsum Deum Opt: Max:* su-
premium & absolutum plane ju-
dicem esse; & porro, quia ipse
nunc neminem judicat, Domi-
num Iesum ab illo supremum
omnium esse constitutum judi-
cem, extra controversiam est.
Vnde etiam quamdiu in terris
Dominus Iesus fuit, quin ad
ipsius judiciū omnes confugere
recte potuerint, nemo est, qui
dubitare ausit. Quin etiam, si
hodieque ipse Dominus Iesus
sententiam de controversiis
pronunciaret decisivam: utram-
que disceptantium partem ac-
quiescere omnino oportere u-
nanimiter omnes fatentur. Ce-
terum, postquam in cœlum ille
assumptus est: quis nunc, ante-
quam ad universale illud judi-
cium revertatur, controversia-
rum fidei in terra judec esse de-
beat,

beat, queritur. Et spiritum qui-
dem sanctum hic appellasse ne-
quaquam sufficit. Et si enim
spiritus ille veritatis sit: adeoq;
ab omnibus judicium ejus, tan-
quam verissimum admittatur:
quia tamen non nisi per homi-
nes, suas ille operationes exse-
rit, uti pariter apud omnes in
confesso est: ideo quibus ille in-
tervenientibus hominibus sen-
tentiam ferat, ulterius investi-
gandum relinquitur; Præsertim
cum fieri possit, ut falso quis-
quam de spiritus Sancti afflatu
glorietur. Neq; enim male ad-
versus *Paracum Becanus* hac de
re disputat: *Vnde scis, inquit, scri-
piuram esse divinam?* respondet,
*quia privatus meus spiritus hoc di-
cit.* Sed *unde scis, privatum tuum
spiritum esse divinum & infallibi-
lem?* *Quia scriptura hoc dicit.* Certe
G.

An Spi-
ritus
Sanctus

Comp.
III.cx.

Et hic circulus est, mi Paræ. Nam Scripturam probas per privatum spiritum, & rursus privatum spiritum per Scripturam: Perinde ac si afferas: mater est proba, quia filius dicit, & filius est probus, quia mater dicit. Et rursus, Unde probas, Paræ, Euangelium Iohannis esse verbum Dei? ex privato meo spiritu, inquis. Sed unde probas, hunc tuum spiritum esse à Deo? Ex Euangelio Iohannis: oves meæ vocem meam audiunt. Sed unde scis hoc Euangelium esse verbum Dei? Ex privato meo spiritu. Sed unde constat, hunc tuum Spiritum esse à Deo? Ex Euangelio Iohannis: Sed si negem hoc Euangelium esse divinum, unde probabis? Ex privato Spiritu, qui hoc testificatur. Sed cum ille spiritus suspectus sit, unde probas à Deo esse? Iam sepe dixi: Quid mibi molestus es? Noli irasci, bone vir, non vides te in circulo

ober-

oberrare? Magis constringam te.
 Vnde scis te habere testificationem
 internam Spiritus Sancti? Ex Eu-
 angelio Iohannis: Oves meæ vocem
 meam audiunt. At vnde scis,
 te esse Ovem Christi? Ex interna
 testificatione Spiritus Sancti? Sed
 vnde scis, hanc testificationem esse
 à Spiritu Sancto? Quia sum ovis
 Christi: iterum oberras in circulo.
 Nec facile elaberis. Poteris qui-
 dem sic argumentari: Oves Christi
 audiunt vocem sui Pastoris: sed
 Paræus est ovis Christi: Ergo Pa-
 ræus audit vocem sui Pastoris.
 Major vera est: Sed minor unde
 probatur? Quid si dicam te hædum
 esse, non ovem: quid ages? An
 probabis te ovem esse, quia Spiritum
 privatum habes? At volebas pro-
 bare, te spiritum privatum habere,
 quia ovis es: En nouum circulum,
 quem tibi sic inculco. Vnde constat
 tibi, Parac, quod habeas privatum

Spi-

Obj:
Ex.

*Spiritum testificanteum? Quia sum
evis Christi. Et unde constat,
quod sis ovis Christi? Quia habeo
privatum Spiritum, qui id testifica-
tur. Aperte cum isto circulo. Atq;
hinc etiam apparet, quam vana
sit illa exceptio : quod electi
spiritu sancto praediti sint. Un-
de enim mihi, sine circulo, pro-
babis, te esse electum, ut certus
de spiritus sancti testificatione
fiam? Præterea an electi illi sem-
per Spiritu Sancto praediti sunt:
itaq; ab illo reguntur, ut nun-
quam ulla in re errent? Vix di-
ces. Qui ergo certus ero, te
modò non errare. Taceo, quod
illa de immutabili ab æterno de
quovis homine nominatim fa-
cta electione sententia non tan-
tum nullum in literis sacris fun-
damentum habeat; sed &, quia
liberum homini non relinquit*

ar-

arbitrium, omnem omnino, vi
sua, religionem tollat, Deoq;
absurdissima absurdia adscribat.
Foret enim in pœnis iniquus &
injustus: in promissis universa-
libus hypocrita & deceptor: in
cura & præceptis imprudens &
inscius: ac deniq; in gubernatio-
ne peccatorum omnium primus
auctor & causa: qua de re hic
quidem non est fusius differendi
locus. Neq; quicquam valet,
quod petendum esse à Deo Spi-
ritus sancti donum inquiunt. Ut
enim id minime nego: ita ex te R.
quæro, unde ego certus esse
possim, te recte orasse, adeoq;
impetrasse divinum illum Spi-
ritum? Itaq; hic nequaquam est
subsistendum. Neq; verò Pro-
phetas Apostolosq; nominasse
satis est. Et si enim illorum ju-
dicio, si invivis essent, omnino
stan-

An Pro-
phetæ
& Apo-
stoli.

standum esse, utrinq; pleno ore fatentur, eo ipso, quod Spiritus ille Sanctus per ipsos locutus sit: **Quia tamen illi superstites non sunt amplius, quis non videt, inquitendum adhuc esse, quo interveniente medio Spiritus ille Dei hoc dicque, post Apostolorum scilicet & Prophetarum obitum, sententiam de fidei controversijs ferat, easq; dijudicet?** Et continuo quidem hic proferri à quibusdam solent sacræ Apostolorum Prophetarumq; literæ. Sed illas Normæ potius, quam judicis habere rationem res ipsa docet: **Iudex autem à Norma diversus est;** hic enim secundum illam pronunciat. **Scriptura autem nec ipsa intelligit, nec quicquam pronunciat: sed intelligi, & tum quis ejus sensus; tum quid ex ea alijs**

aliis de rebus statuendum sit, à Iudice dijudicari debet. Atq; id quidam ex iis etiam agnoscunt, qui pro scriptura ceteroqui pugnant: Ideoq; impropriè sese scripturam judicem dicere tentur; quum vox potius & sententia judicis sit: Propriè autem Spiritum S. judicem esse , qui sententiam suam per scripturam pronunciet; quomodo Wittebergenses Theologi, qui colloquio Ratisbonensi interfuerunt, mettem suam explicant. Verum enimvero neq; hoc modo tollitur quæstio. Vel enim intra scripturæ verba Spiritus S: sententiam consistere ajunt, vel explicaciones etiam scripture , & ex ea collectiones pro Spiritus Sancti sententia habent. Si prius: rei non satisfaciunt. Quarebatur enim judez, qui controversiam deci-

decideret. At ejusmodi pronun-
ciatio verborum scripturæ, litem
non decidit: Saltem non sem-
per. Non adducam nunc contro-
versias de auctoritate veritateq;
Sacrarum literarum: Illæ certe,
quibus de verborum scripturæ
sensu , deque inde deductis
conclusionibus quæritur, quales
sunt pleræque omnes, verissi-
mum esse, quod dicimus, do-
cent. **Quæsto** enim te, decideret
ne rem ille, qui exorta de equo,
mewus ne ant tuus sit, lite , per-
petuo ingeminaret; insignis est
equus? At ita Spiritum S: judi-
cantem faciunt , quicunq; tan-
tum per ipsa scripturæ verba
cum sententiam dicere asserunt.
Vide exemplum. **Quæritur**, u-
trum panis eucharisticus in car-
nem Christi transmutetur; an ve-
rò caro Christi in, cù, & sub illo
sit?

sit? Fac Spiritum S: solis Scripturæ verbis judicare. Quid dicit? Hoc est corpus meum. At neutra pars hanc sententiam, aut quamcunq; aliam ex scriptura attuleris, negat. Vtraq; sibi favere dicit. Itaq; dic porro, quis sit sensus istorum verborum? Repe-
tes: Hoc est corpus meum? At fa-
tentur utrinq; verba illa vera es-
se. Tu dic, quo sensu accipien-
da? Iterum ais: Hoc est corpus
meum. Æque incertam atq; ante-
crat utramq; partem relinquis.
Antecedentia, inquis, conse-
quentia, locaqt; parallela sunt
conferenda, atq; inde sententia
est proferenda. Bene est. Sed
hac ratione prius illud deseris,
& posterius eligis. Nimirum ex-
plicationes scripturarum & ex-
iisdem factas collectiones pro-
sententia Spiritus S: habendas.

esse existimas. At hoc ut per homines fiat necesse est. Itaq; vel cuiusque hominis explicatio & collectio ex sacris literis, vox Spiritus Sancti est, vel certorum quorundam, quibus id praे reliquis datum sit. Si illud: cur Spiritus S: potius, quam quivis homo scripturam explicans, & ex ea aliquid concludens, judex dicitur? Dicis, non quivis recte explicat & colligit. Credo. Ergo non cujusvis vox Spiritus S: vox est. Itaq; si hoc placet, certos esse quosdam, qui recte praे aliis pronuncient: tum usque rursus ut antè queretur, quinam illi sint tales? Cave ergo, ne te Beganus in gyrum cum Paræo circumducatur. Quia enim ratione persuadabis adversario, tuam verborum scripturaræ explicationem à Spiritu S: profectam esse? & quid, si meam

meam etiam à Spiritu S: mihi inspiratam esse dicere? Dicēs illius sententiam veram esse, qui recte omnia contulerit & collegerit. Admitto. Sed quis, num vel tu, vel ego, recte contulerimus collegetimusque, judicabit? Pro vocas ad internum Spiritus S: testimonium? Primum Paræi circulum cogita. Deinde quid obstat, quomodo idem tibi objiciam? Apparet ergo, alio omnino judice opus esse. Atque hinc sententiarum oritur divortium. Sunt enim qui Ecclesiæ judicium deferunt. Quorum sententiam ex ipso audiamus Becano. *Nos, inquit ille, distinguimus inter Iudicem & Normam. Iudicem vocamus, qui fert sententiam inter partes litigantes. Normam secundum quam fereur sententia à Iudice.* Posset hac distinctione tria asserti-

Comp:
I, C; V.

mus. 1. Ecclesiam esse Iudicem
controversiarum. 2. Normam,
quam sequitur Ecclesia in sententia
ferenda, non esse solam scripturam;
sed scripturam & traditionem si-
mul. 3. Ecclesiam juxta hanc
normam dupliciter sententiam pro-
nunciare posse, *Vel per Pontificem,*
qui est caput & pastor Ecclesiae: Vel
per concilia à pontifice approbata,
quæ repræsentant Ecclesiam. Et ne
quis ambiguitate vocum dece-
ptus, Ecclesiam quamvis intelli-
gat, aut Pontificem summum Ie-
sum Christum: disertè satis sese
explicat, *Quod Ecclesiam in-*
telligat, quæ Romana à nobili-
ori sui parte dicatur: & Pontifi-
cia, quod Pontifici Romano sub-
jecta sit. Vnde etiam, de Pon-
tifice Romano seu Papa cum lo-
qui, manifestum est. Alii verò
suum cuique judicium sufficere

statuunt : modò quis sana ratione utatur. Itaque non simpli- citer isti vel Ecclesiam, vel Pa- pam aut concilia judicem esse negant. Si enim quemvis sana ratione utentem admittunt judi- cem: quidni & Papam? eum enim & hominem esse, & sana ratione uti posse, non minus atque alios existimant. Totius verò Eccle- się, aut præcipuorum ejus mem- brorum, sive extra concilium, sive in concilio congregatorum, seu id à Papa approbatum sit, seu non sit , tantum abest , ut aspernentur aut contemnant ju- dicium ; ut facilius & certius multos, quam seorsim singulos, doctos præsertim, quam simili- ciores, quid verum falsumve sit, decernere ac dijudicare posse censeant , modò omnes illi sa- na rationem & animum ab af- fecti-

fectibus, seu partium, opinio-
numque preconceptarum studio
liberum in judicium adhibeant.
Plus enim vident oculi, quam
oculus. Et quod unum effu-
git, multorum sedulitatem & in-
dustriam fallere vix poterit, Qua-
ergo in re dissensus est? Primum
in omnis generis controversiis
Pontificii eundem judicem vo-
lunt. Qui ab illis dissident,
controversias forenses seu poli-
ticas hinc semovent, & theolo-
gicas distinguunt in eas, quæ sunt
fidei, & illas, quæ facti sunt, aut
etiam juris liquidi. Illæ sunt
non tantum de dogmatibus; sed
& de moribus in genere, seu quæ
sunt juris universalis. Istæ, qui-
bus num aliquid factum sit, vel,
si factum sit, an ad hanc vel illam
juris, seu præceptorum divino-
rum regulam pertineat, queri-
tur.

fur. Itaque juris specialis, sc̄a de applicatione iuris dici possunt **controversiae**. Ideo vero hoc modo distinguunt, quia non eidem utriusque generis questio-nes subjiciuntur iudicio. Quod enim ad controversias attinet politicās, iis sunt relinquitur jū-dex politicus. Ac ne quidem ipsi Papæ hoc denegamus iudi-cium iis in regionibus, qui ipsam Principem suum, seu politicā magistratum agnoscunt. An ve-tò Papa Romantis temporalem, uti vocant, jurisdictionem ha-beat super omnia mundi regna, ut possit pro libitu principes de seculo suo desicere, eos sceptro privare, sive directe dicere, sive indirecte, seu quando salus ani-matum, aut Ecclesiaz id postu-lat: ea etsi hujus loci non sit quaestio, hinc tamen disjudicari

facile poterit. Si enim Papa summam in omnes de rebus spiritualibus judicandi potestatem habet: non potest non inde vi legitimæ consequentiaæ necessaria concludi temporalis illa in omnes principes jurisdictionis. Id quod infra sub loco demonstrabimus. Hoc verò fundamento spiritualis potestatis subruto: non potest non quicquid jurisdictionis temporalis extra politicum Papæ territorium ei superstruetum est, protinus collabi: quandoquidem non nisi propter illam ista inesse dicitur. Ut melius omnino suis rebus consulti essent principes, ab invasione Papæ potestatem à Deo sibi concessam vindicantes, Politici que Canonistarum Iesuitarumque disputationibus obviā cuntes; si hoc de spirituali Papæ po-

testate caput attingerent, & an solidi quicquam ei subsit, serio feduloque inquirerent. Eo enim salvo evadere vix poterunt. Sed hæc, ut dixi, infra videbimus. Neque ad controversiam principalem pertinent illæ actiones seu quæstiones, quibus jus alterius adversus alterum agitur: Cujusmodi sunt fratum, seu ejusdem Ecclesiæ membrorum lites & actiones de rebus ad hanc vitam pertinentibus institutæ. In his talibus quatenus, qualique opus sit sive judice, sive arbitro, suo loco docebimus: Hic de fidei controversiis, non de vitæ actionibus sermonem esse diximus. Similiter & illæ controversiæ hinc removendæ sunt, quibus queritur: an aliquis in gremium Ecclesiæ admittendus; aut si in Ecclesia fuerit, an ejici-

endus sit? quomodo hujus aut illius fratris mores emendandi aut corrigendi sint. Ista enim omnia Ecclesiae sive iudicio sive arbitrio subjecta esse, infra doccebimus. Illae ergo hujus loci manent controversiae, quibus, quid verum, quid falsum, quid rectum & Deo gratum, quid credendum, quae fides seu religio capessenda, cui cœtui adhaerendum, quid de quoque religionis capite statuendum sit, queruntur. Deinde dissentiant in diverso judicandi modo: qui ex diversa judicis notione pullular. Publicum enim illi judicem volunt. Isti privato contenti sunt. Illi ad unum munus istud restricti sunt: Isti omnibus judicandi libertatem relinquent. Illi rationem requirunt, qui aliis sententiam dicant. Istis sufficit, si quis-

que sibi ipsi, quid verum re-
ctumque sit, dijudicet. Illi
suum judicem in perpetuo ex Spi-
ritus Sancti afflatus pronuncia-
tem faciunt: Iste suum sanæ ca-
tionis dictamen sequi affirmant.
Hiljudici suo omnes alios ho-
mines obligatos esse volunt: Hi
suo neminem, nisi ipsum iudi-
cantem, subjiciunt eo quod sibi,
non aliis judicet. *Neceſſe est;* ^{Comp.}
^{I.C.v.} inquit Beccanus, *ut si aliqua pu-*
blicus iudex, qui cum autoritate
discernenda & definiendi inter partes
litigantes potestatē habeat. Per
publicum autem judicem Becca-
nus cum hic intelligit, certè si
sententia sua consensuca hōqui
vello, intelligere debet, qui rer-
um theologicarum hominumq;
circa eas occupatorum, veluti
princeps rerum politicarum,
subditorumque suorum, sit Do-

minus, solo Deo, Christoque minor: ita ut in terris nullum supra se agnoscat Dominum, aut judicem alium: sitque proinde plane ἀνυπόθετος, qui nemini reddendæ rationi sit obnoxius: cæterum cuius sententiam omnes etiam, quibus non tantum cognita non sit, sed ne quidem vera esse videatur, sine omni disquisitione ac tergiversatione simpliciter sequi obligati sint, aut si obtemperare nolint, jure propterea puniri possint. Ejusmodi illi judice omnino opus esse volunt. Isti talem non simpliciter rejiciunt, sed ut sit, necesse esse negant. Cæteroqui fieri posse concedunt, ut qui à quibusdam vel constitutus est, vel agnoscitur judex publicus, veram etiam sententiam pronunciet; idque in ipso quoque reli-

religionis negotio. Nam de politicis vel judicibus vel controversiis nulla hic **controversia**. Nihil enim obstat, quo minus publicus aliquis **judex** politicus judicare de rebus fidei possit: siquidem quivis sana ratione praeditus potest, modò is sibi, non aliis judicet. Controversiis verò politicis suum jam ante reliquius publicum Iudicem politicum. De fidei ergo controversiis solum agitur: deque iis, quicunque tandem dicitur **judex** publicus, recte judicare posse, si sanè modò rationis ductum sequatur, haud difficulter admittitur. Verum tamen ut quisque vel illius sententiam in singulis expectet, vel latam sine omni examine amplectatur, necessarium esse negamus. Itaque non tam judici alicui

alicui publico sententiam ferendi libertatem admittimus, quam alios, ut ipsas sequuntur sententiam, cogendi ac puniendi autoritatem, id est, ius ac potestatem derogamus: nosque aliosq; homines ab obligatione illa, qua judici isti obstricti esse dicuntur, liberatum imus. Quod ut melius percipiatur, vocum quarundam ambiguitas, quæ errorem facile possit parere, evolvenda & explicanda est. Et primum quidem occurrit vox *Autoritas*. Constat autem auctoritas omnis ex admiratione & metu: Sed ex diversis rebus diversa oritur. Alia est auctoritas ex admiratione potentie, quo quis poterit & metu domini, quo me cogendi ac puniendi fas habet. Alia est ex admiratione vel crudelionis & prudentiae vel virtutum, cu[m] pri-

primis pietatis, justitiae & gravitatis: & ex metu vel erroris aut damni , vel etiam ne talem vi- rum offendamus, aut ipsum non satis ex dignitate æstimare vide- amur , neve propterea merito reprehendamur. Illa imperium semper adjunctum habet , imo ex eo nascitur: Hæc etiam ab eo sejuncta, imo ei aliquando op- posita est. Illa Magistratus est erga subditos : Hæc quorumvis virorum honestorum & gravium erga alios quosvis ; cum primis doctorum erga discentes, & se- niorum erga juniores. Illa et- go , non hæc auctoritas judici publico denegatur. Nam & il- lam, non hanc tantum ei politici tribuunt. Deinde *Coactionem* intelligunt iidem violentiam, seu quæ vi fit adhibita tali , cui is qui cogitur, etiamsi maxime ve- lit,

lit, nullo tamen resistere modo possit, adeo ut suo non linquatur arbitrio. Hanc qui judici derogant, non censendi sunt loqui de illis coactionum generibus, quæ media sunt inter violenta & sponte facta: actionesque mixtas seu non sponte factas pariunt. Cujusmodi est, si quis rationum seu argumentorum robore, si vi conscientiæ, si amore alterius, si que similem ob causam aliam, quam repudiare, si vellet, posset, ad aliquid faciendum cogi dicitur. In his enim talibus sua voluntati libertas relinquitur. Vnde & virtuti vitioque in istis locus: quibus in illis, quæ à violenta coactione sunt, omnino nullus est. Non est tamen prætereundum illud coactionis genus, quod actiones quidem parit spon-

sponte factis potius, quam invitatis accensendas (Libertatem enim non omnem eripit, adeoque & virtuti & vitio locum relinquit) ad violentam tamen ante descriptionem coactionem quam proxime accedit, imo violentę coactionis ultimus gradus est. In pœnam enim abit: quæ coactinis est ultimum. Nimirum si quis magnum aliquod malum, verbi gratia, mortem, carcerem, bonorum proscriptionem, infamiam, exiliū, vel infert, vel minatur, cuius evitandi causa religione suam alius abnegare cogitur. Potuisset ille quidem non abnegare, sed mala potius illa perpeti: Et propterea etiam excusandus non est: Quia tamen media illa violenta sunt, ob id ipsum eorum adhibendorum jus nulli judici in religionis negotio con-

ceditur. Porro pœnae vocem propriè hic acceptam volumas, pro *vindicta noxa*. Quo sensu etiam vulgatas illas definitio-nes, quod sit *nocumentum ob delictum*, vel malum passionis ob malum actionis, admittimus. Ni-mirum si *nocumentum* illud, & *malum passionis* sub hac formalis ratione, & eo tantum fine infec-tatur, ut malum sit, ut noceat: adeoque si plane ex cupiditate *delictum* seu reponendi do-toris proficiscatur: Sique illa *ob delictum* & *ob malum actionis* non denotent finalem causam, ne delinquit amplius, ne malum agat, emendandus scilicet, sed causam impellentem tantum, quia deliquit & malum egit. Cæterum si pœnae vox latius extendatur, tum afflictione in genere significat, & non tantum

pænam propriè dictam : sed & castigationem ambitu suo , sed nomine minus propria, complectitur. Ea vero significatu duæ istæ definitiones ad vindictæ rationem minime sunt restringendæ; sed ita extendendæ, ut castigationi etiam tribui possint. In ea enim *nocumenium* seu *malum passionis* materia est , seu causa media: Et verba *ob delitum* itemque ob malum actionis finem significant. Castigat enim pater filium , non tam quia delinquit aut malum egit , quam ne delinquat in posterum, & ut male desistat. Occasio quidem castigationis delictum est præcedens : sed non impellens causa. Ea vero in fine consistit, qui est emendatio filii. Vnde etiam patet , castigationem ab animo optimè illi, qui castigatur, cupiente

ente proficiisci. Itaque satis ex iis, quæ diximus, constat, non omnem afflictionem aut nocumentum quod-vis, aut malum passionis ad peccatum aliquem respectum habens, poenæ propriè dictæ rationem habere, sed eam demum quæ vindictam continet. Hæc enim formam poenæ propriè dictæ constituit. Qui vero affligit, aut nocumentum malumve infert, non ut sese vindicet, aut dolorem reponat, sed ut delinquentem emendet & corrigat: castigat ille quidem, at punire propriè dici nequit. Et si enim castigatio nonnunquam poenæ adjuncta sit, certe quidem semper esse debeat: Non parum tamen, si naturam cuiusque inspicias, differunt. Poena enim malum alterius spectat: ut dolet. **Castigatio bonum, ut cor-**

rigatur. Illa conditionem alterius deteriorem, hęc meliorem querit. Neque enim dici potest, delictum alterius mereri, ut conditio ejus reddatur melior: Pœnam verò meretur. Itaque illud pœna non spectat. Deinde pœna ex animo nocere cupido, quem ira, odiove incensum dicere posses, at castigatio ex animo benevolo & amoris pleno proficiscitur. Non ergo de jure castigandi, aut quovis modo affligendi ; sed puniendi in propria, id est, artissima vocis significatione nobis hic sermo est. *Obligationem* porro non negant hitales eam, quę ex pacto aut conventione aliqua præcedente est : quemadmodum sc̄ipissime in arbitris cernimus. Illi enim, licet alias publicam nos judicandi potestatem non habent.

habcent, pacto quodam nostro (quo, quum vel nullos, vel alios jure possemus, hos tamen sponte eligimus, aut oblatos admittimus) ea à nobis potestate donantur, ut eorum sententia stare ob hoc ipsum pactum obligati simus: quamvis si non stemus, nullum illi nos cogendi aut puniendi jus habeant; Nisi itidem pactum nostrum voluntarium intervenerit. Multo vero minus de ea hic obligatione sermo est, quæ vel ex rei ipsius natura, vel ex generali mandato Dei pendet: quemadmodum is, qui vel de falsitate sententiaz suæ, vel de manifesto aliquo criminis rationibus minime obscuris convictus est, quemvis meliora docentem se qui obligatus est, idque ob veritatis ipsius & honestatis decorum, & contra falsi-

falsitatis in honestique turpitudinem. Humanæ enim naturæ excellentiam maxime ista ornat; illa dedecet. Sic vi sacrarum literarum quivis quemvis meliora monentem audire obstringitur: Nec tamen vel iste vel ille alterum puniendi jus aut potestatem habet, Sed alterius judicio permittere inobedientem debet. Ea ergo hic significatur obligatio, quæ coactivæ illi potestati, quam judicii illi attribuunt, respondeat: Qua nimis sit, ut homines alij omnes vel stare ipsius sententia teneantur, vel si nolint, poenam mereantur. Ex iis, quæ dicta sunt, satis apparere arbitror, *Arbitrum distinctum à Iudice esse.* Quod iste nobis etiam invitis sententiam de nobis ferendi jus habeat; ille non nisi à nobis ipsis nostra

sponte electus & constitutus: aut
salem ab aliis nominatus, quum
rejicere possemus, libere admis-
sus. Deinde quod iste sine pa-
cto etiam nostro puniendi jus
habeat, ille non habear. Sed
non minus hinc constare potest,
judicem ejusmodi publicum à
doctore, qua talis, haud parum
differre. Iudicis enim illius
sententiam sequi sine ulteriore
examine tenemur, Doctoris
non tenemur. Liberum nam-
que auditoribus est, doctorum,
qua illi tales sunt, verba & sen-
tentias examinare: et si non pro-
bentur illis, sine cuiusquam in-
juria rejicere possunt: Quem-
admodum id quidem in philo-
sophia & artibus manifestum est.
Iudex qua talis rationes reddere
sententiaz sue non tenetur: sed
pro autoritate sua, quam ex co-

gendi

gendi potestate habet, pronun-
ciare potest. At Doctor argu-
mentis allatis sententiam, quam
veram esse existimat, confirma-
re; quam falsam, refutare tenet
tur: Ut partis potius; quam ju-
dicis publici rationem Doctor
habeat. Quocirca non hoc
disputatur, annon in dubiis duo
vel litigantes vel disputantes,
tertium aliquem seu totam Ec-
clesiam, seu quædam ejus adire
membra possint, ut ultra pars
verum, ultra falsum defendat, ex-
placetur: Id enim omnes conce-
dunt facile. Imo neminem, ne
dum Ecclesiam totam, aut ma-
gnam ejus partem, ac ne Penit-
ficiam quidem, ejusve Papam,
aut concilia, etiam illi, qui à
Pontificiis dissident, respuunt:
modo intra arbitrorum aut do-
ctorum sc̄e terminos contine-

ant, id est, ut cuique, si ipsi eorum argumenta minus probentur, dissentendi libertatem relinquant, neque ulli necessitatem quicquam credendi vel faciendi sua tantum auctoritate imponant. Tandem qui suum cuique sufficere judicium dicunt, non hoc volunt, ut cuivis omnino absolute sine ullo respectu Dei, ejusve verbi aut cultus, sine ulla reverentia Ecclesiarum Reipublicæ, sine omni metu turborum, sine denique veri reetique seu honesti ratione licetum sit quidvis pro libitu de fide ac religione statuere: quasi sufficeret ad æternam salutem consequendam, quomodo cuncti judices. Absit id ipsum quam longissime. Nam primum ad Normam cujusque adstrictum omnino debet esse judicium.

Nor-

Normam vero illam omnem veritatis & honestatis rationem, cum primis autem divinas complecti literas libro sequente explicabimus. Deinde tantum abest, ut Ecclesiæ abjicere respetum liceat: ut potius qua ratione quisque legitimum veræ Ecclesiæ membrum vel fiat vel maneat, acri judicio inquirendum sit. Denique supra extra controversiam posuimus, non tantum sartam rectam magistratus politici politicam per nos manere majestatem ac potestatem; sed & Dei ipsius ac D: Iesu nos omnes subjectos esse judicio. Vnde consequitur, nisi recte judicaverimus, poenam nos nequam effugituros: idque ob id ipsum, quod nostrum nobis judicium sufficiat, id est, quod non tantum Norma nobis satis-

clare & perspicue proposita; sed
& vires seu facultates sufficien-
tes, concessę sint, ut, si modo ve-
limus & animū intendamus, diju-
dicare possimus, utrum, & quo in
errore hęrcamus, quidque verum
atque sequendum; & contra quid
falsum ac fugiendum dignosce-
re. Nimirum ut, si recte judi-
caverimus, & secuti veritatem
fuerimus, virtutis consequar-
emur præmiū, vitam æternam.
Si vero sequa judicaverimus aut
judicare neglexerimus, ut red-
damur inexcusabiles & æternę
damnationis rei fiamus. Istis
hoc modo expositis, patet quæ
Pontificiorum, quæque nostra
sit sententia. Nimirum judice
illi omnino opus esse publico,
coque ἀντευθύνω volunt, eum-
que Ecclesiam esse dicunt (suam
autem, seu Pontificiam intelli-
gunt)

gunt) & ne quis universè perpetuo Ecclesiæ congregatione opus esse patet, & præcipua ejus membra in concilio congregata sufficere judicant. **Quia** tamen quædam Ecclesiæ membra, etiam præcipua, & in conciliis congregata, nihilominus errasse constat: ideo à Pontificis Romani approbatione totum Ecclesiæ conciliorumque judicium suspendunt. Breviter ergo Papam Romanum publicum ejusmodi controversiarum fidei judicem esse contendunt. Nos non omnem respuiimus judicem: ceterum publico illo, qui religionem iisperandi potestatem habeat, opus esse negamus, ac proinde neque Ecclesiæ, nedum Pontificiæ, aut Papæ munus illud committendum esse concedimus. **Contra** suum cuique,

si sana carmen ratione utatur, sufficere judicium assentimus; nimisrum quia non aliis; sed sibi ipsi quisque judicet: & quid ipse potius, si salvus esse velit, quam quid alii sequi debeant, decernat. Tempus nunc est, ut quibus quaque sententia fundamentis superstruxta sit, penitus inspiciamus. Prius ergo nostrā explicabimus, confirmabimus, ac defendemus sententiam: Post & Poniſſiam confutabimus, adque totum sequentiam excusione questionum absolvemus.

- I. An in controversiis fidei sum cuique rationis judicium sufficiat?
- II. An publico ἀνυπεύθυνῳ opus sit judice?
- III. Si opus: an sit Ecclesia, aut Concilia?

IV. Si sit: an Pontificia?

V. An Papa Romanus?

Capitū II. R

Dē Ratione.

Ad primam ergo quæstiōnem quod attinet: duplex illa quidem vide-tur, ad unam tamen re-currat: Ut sive separatim alte-rām, sive junctim utramque probes, res eodem recidat. Si enim ratio sana judez est: sum-cuique, qui sana ratione uitur, judicium sufficiet: quemadmo-dum, posito eo, quod supra ex-tra controversiam esse diximus, verūm esse Sp̄ritus Sancti judi-ciam, si omnes homines Sp̄ritu: S: essent pr̄editi, suum cuique: judicium omnino sufficeret. Et

tursas, si suum cuique judicium sufficit: ratio certe judex est, quum nullum aliud judicandi instrumentum in hominibus in universum, praeter rationem sanam, inveniatur. Quemadmodum enim non nisi oculus, isque sanus, videndi; autis audiendi, manus comprehendendi; pedes ambulandi: ita ratio sanitatis intelligendi & judicandi unicum hominis instrumentum est. Itaque, quo modo oculum videre, aurem audire, manus apprehendere, pedes ambulare: pariter & rationem judicare, tropo non inusitato dixeris. Neque ea res apud cordatos & quosque resum estimatores vel explicazione vel confirmatione indigeret. Ceterum quia non desunt, sive simpliciores ac religiosiores, sive, quod cause sua metuant, astu-

tiores, quibus insolens & absurdum illud vel omnino videatur, vel in causæ præjudicium proclamat, si quis ad rationis etiam sanè tribunal res Theologicas rejicere audeat: Ideo ne vel procinus in ipso limine illi offendatur, vel isti pertinaciter refragentur, antequam longius proclamar, eorum patetim succurrentum imbecillitat, partim occurrentum protervit duximus. Itaque & de natura rationis ipsius, deque qualitatibus ad hoc quod illi tribuimus, judicium omnino requisitis, non nihil differendum erit. Et post adjurationis nostræ confirmationem descendamus. Rationem ergo dum dicimus, non intelligimus res naturales: quibus res cælestes ac supernaturales opponuntur.

tur. Objectum enim tam illæ, quam istæ, sunt rationis; non ipsa ratio. Eo autem modo vocem rationis accipiunt, qui argumenta quædam non ex Scriptura; sed ex ratione desumpta esse dicunt. Ex natura dicere volunt. Nam ratio est, quæ argumenta desumit, tam ex Scriptura, si eam cognitam habeat, quam ex natura. Nec rerum naturalium cognitionem intelligimus, quam Philosophiam vocamus, cui rerum divinarum notitia seu Theologia opponi solet. Adjuncta enim ea sunt rationis, non ipsa ratio. Nec ratiocinationem intelligimus, seu alterius ex altero collectionem in rebus naturalibus, cui divina revelatio carum rerum opponitur, quas investigare ratiocinando è principiis naturalibus nequaquam

quam possemus. Officium enim illud rationis est, non ipsa ratio. Neque sententias intelligimus, aut axiomata philosophica, aut alicujus auctoris v:g: Aristotelis, Platonisve scripta: quibus sententiaz divinæ, sacris literis comprehensæ opponi solent. Effecta enim illa rationis sunt, non ipsa ratio. Quemadmodum sententiaz illæ sacræ effecta sunt rationis seu mentis divinæ, non ipse Dei intellexit. His vero modis vox rationis sumitur, quando supra rationem esse, vel scriptura vel res divinæ dicuntur. Denique nec appetitum intelligimus, concupiscentiasve carnis, ad flagitia & scelera homines invitantes: quibus pii spiritus Sancti motus ad virtutes opponuntur. Oppositoria enim illæ sunt rationis, non

non ipsa ratio. Ea tamen significacione vocem usurpant, qui scripturam aut res factas contra rationem esse contendunt. Ipsam ergo ratione dum dicimus, naturalem illam hominis facultatem intelligimus, qua is homo vere est: Id est, qua essentiam ipsius constituit, & qua à reliquis non inanimis tantum, sed & animantibus omnibus differt. Nam enim etiam iis, qui nondum ære lavantur, homo definitur animal rationale. Et qua quidem animal est, ab inanimis sensuque destitutis in eo differt, quod super motu agat: & proinde actionum suarum moderatore & judice indiget: Verum id illi hactenus cum bruis commixtum est. Quia vero rationalis est, etiam ab ipsis bruis differt: & judicem habet priore superior-

rem sibi proprium. Illius inferioris judicio ea subiecta sunt, quæ ad carnem & naturalem hanc vitam spectant: quæ & ipsa cum bestiis nobis communis est. Ad hujus autem superioris judicis tribunal ea pertinent, quæ præstantiam & excellentiam hominis præ reliquis animantibus attingunt. Ille judex inferior, Phantasia, dicitur. Hic superior, intellectus seu Ratio. Quod ad Phantasiam attinet: notum est, animal quodque perfectum sensibus prædictum esse duplicibus: Externis & Internis. Externi; ceu sunt visus, auditus, gustatus, olfactus & tactus, hujes veluti Recipi quidam quasi Aristotelis speculatoris seu speculatores, aut v. pol. evolvens, seu auricularii per instrumenta corporis in totum hoc universum emittantur: ut varia-

rum

rum sibi oblatarum rerū species ad interius animæ dicasteriū deferant. Delatis autem hoc modo speciebus, statim ex internis sōnibus præsto est sensus communis: qui velut Ostiarius has ad judicem intromittit, illas in aliud tempus quasi rejicit, quod non nisi uni tantū rei intentus esse Iudex uno tempore possit. Iudex autem ille, uti dicebamus, Phantasia est, quæ prout res ad judiciū intromissas vel bonas, vel malas deprehendit: ita vel persequendas, vel fugiendas esse judicat. Et siquidem nondū sit exequenda sententię tempus aut occasio, Secretario veluti suo, memoriz; mandat. **Quod si** vero occasio ad sit: extempłd appetitus excitat; tur, qui ex sententia judicis vel bene, vel male erga rem judicatā affectus est, illam vel amore, vel odio.

odio prosequens: quin & corporis imperans membris, ut vel ad rem consequendam, si voluptate parere posse judicatum sit, vel si dolorem, ad eundem aversandū properent. Et hoc quidem inferius: judicium est. Eo autem superiorius aliud in homine repetitur intellectus seu Rationis. Quia enim illud in brutis etiam repetitur, & proinde ad inferioris illius naturae conservationem per se pertinet, homo vero non uno modo illis sit præstantior: itaque, ut res omnes, licet à Phantasia jam dijudicatae, ad superiorius tamen hoc rationis tribunal referantur, omnino necesse est: siquidem excellentiae illi hominis, ut patet, consuli debat. Ratio enim seu intellectus, quæ honestati seu decoro excellentiæ hominis convenienti,

ti, in quo ipsa honestas virtutis conformia deprehendit, approbat: quæ eidem adversa, repudiat. Non postrema autem, si Tullio credimus, honestatis pars est veri perspicientia ejusdemque à falsitate discretio, neque minima muneris Rationis nostra portio. Ex quatuor, inquit ille, locis, in quos honesti naturam vimque dividimus, primus ille, qui in veri cognitione consistit, maxime naturans attingit humanum. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientie cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, nescire, & decipi, & malum & turpe ducimus. Vtinam vero Lectori molestum non sit, regredi mecum in memoriam eorum, quæ olim sub Magistro eo eodem, quem modo laudavimus, Tullio nostro,

didi.

didicimus? Is enim paulo ante commemorata verba, de hac ipsa Rationis nostræ functione & præstantia, suo more, id est, elegantissime hunc in modum disserit. *Principio generi animalium omni (adeoque etiam homini secundum ea, quæ ipsum cum animalibus reliquis communia sunt) est à mensura tribulum, ut se, viens, corpusque meatur, declinetque ea, que nocitura videantur, omniaque que sint ad vivendum necessaria, inquirat & paret: ne pastum, ne latibula, ne alia cuncta generis. Commune item animalium omnium est conjunctionis appetitus procreandi causa, & cum quædam eorum, qua procreata sunt. Sed inter homines & bellum hoc maxime interest, quod bac tantum, quantum sensu moveatur, ad id solum, quod adest, quodque praesens est,*

est, se se accommodat; paudatus admodum sentiens præteritum aut futurum (de hucusque etiam sese Phantasie in homine vis, sua natura porrigit) Homo autem, qui rationis est particeps, per quam consequentia certas, principia & causas rerum vides, eamque progressu, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque praesentibus adjungit & annexit futuras: facile tunc vita cursus eridet, ad eamque degendam preparat res necessarias. Eademque natura, vi rationis, hominem consiliat homini, & ad orationis. & ad vita societatem: In generalaque in primis præcipuum quendam amorem in eos, qui progressi sunt: Impellitque ut bonum casus & celebrari inter se, & a se obiro velit: ob easque causas studeat parare ea, que suppeditant & ad cultum & ad vitium: Nec sibi soli, sed conjugi, liberis,

beris, ceterisque quos caros habeat,
tuerique debeat. Quae cara exus-
citas etiam animas, & maiores ad
rem gerendam facit. In primisque
hominiis est propria veri inquisitio
atque investigatio. Itaque cum
formis necessariis negotiis curisque
vacui: cum a venus aliquid vide-
re, audire, aut discere. Cognitio
semper rerum aut occultarum aut
admirabilium ad bene beateque vi-
vendum necessariam ducimus. Ex
quo intelligitur, quod verum, sim-
plex, sincerumque sit, id esse natura
homini aptissimum. Huic veri
videndi cupiditati adjuncta est ap-
petitio quædam principatus. Us
nemini parere animus bene infor-
matus à natura velit, nisi præcipi-
enti & docenti, aut utilitatis cause
juste & legitime imperanti: ex quo
animi magnitudo existit, humana-
rumque rerum contemtio. Neque
vero illa parva vis naturæ est, ra-

tio[n]is que, quod unum hoc animal
 sentit, quid sit ordo, quid sit quod
 decent, in factis diligique qui sit
 modus. Itaque corum ipsorum,
 quae affectu sentiuntur, nullum ali-
 ud animal pulchritudinem, venusta-
 tem, convenientiam partium sentit.
 Quam similitudinem natura ratiq[ue]
 ab oculis ad animum transferens,
 multo etiam magis pulchritudinem,
 constantiam, ordinem in consiliis fa-
 ciliq[ue], conservandum paret: caro q[ue]
 ne quid indecorum effaminataq[ue] faci-
 at: Tum in omnibus & opinionibus
 & factis ne quid libidinose aut fa-
 ciat ans cogitet, quibus ex rebus
 conflatur & efficiunt id, quod que-
 rimus honestum. Quæ ad intel-
 lectus judicium pertineant, ex
 iis, quæ dicta sunt, cognovimus.
 Nemadmodum vero intellectus Phantasie,
 que carni grata
 sunt suadentis, à cuius partibus
 sensus reliqui omnes cum appre-
 titu

titu & affectibus stare plerumque solent: ex adverso intellectus sententia, ea quæ honesta sunt, urget, ut ut à sensibus remotiora & longo demum post tempore ventura; etiamsi tandem per media carni appetitum que angusta eo deveniendum sit. Et quamdiu quidem illi litigant, tamdiu voluntas dubitat & consultat, exequitionemque suspendit. Quamprimum vero victa pars altera, sive iuste, sive injuria fuerit, voluntas cligit, decernit, & executioni mandat. Qua fini prædita illa est, tum arbitrii libertate, quæ in hanc vel illam sese flettere partem sua sponte, sine coactione possit: tum etiam in reliquas animæ facultates, ipsaque corporis membra imperio seu dominio. Et illa duo Arbitrium &

Do-

Dominium voluntatis proxima
humanarum actionum sunt prin-
cipia: unde carum merita, &
porro vel innocentia vel culpa,
laudes vel vituperia, poenæ vel
præmia æstimantur. Quin eti-
am si res sint tales, quæ non a-
ctioni, sed cognitioni subjacent:
voluntas nihilominus pro liber-
tate sua, ut res vel vera, vel fal-
sa ab intellectu judicata fuerit,
eam vel approbat creditque; vel
adversatur & rejicit. Et pro
Dominio suo tum sensibus aliis
instrumentis; tum ipsi etiam in-
tellectui, ut altius inquirat, &
quid veri falsive rei propositæ
insit, studiosius investiget, præ-
cipit: quo tutius vel credere vel
rejicere possit. Et hæc qui-
dem rationis humanæ natura est.
Quia vero corrupti illa non
raro solet: idco sapam jam ante

rationem requisivimus. Hæc enim est illa qualitas, quæ rationi omnino inesse debet, si ad hoc judicium illa sit admittenda. Sanitas autem illa, vel ex natura est, vel ex cultura. Ex natura, quando non tantum nullis membris aut facultatibus ad ratiocinandum necessariis destitutus, homo nascitur; sed & judicii singulari acrimonia, animique probitate praeditus est. Et ejusmodi quidem sanitas optanda maxime: sine ea enim judicare nemo recte poterit. Sed deinde qualiscunque sit, cura, cultuque vario tum conservanda, tum perficienda fuerit. Ad conservationem pertinet cura tum corporis, tum animi. Corporis, ne vel morbo, vel gravi aliquo casu alio lædantur sive ratio ipsa, sive aliqua ex facul-

tatibus aut membris ipsi inservientibus. Animi vero, ne vel vitiorum consuetudine vel prava opinione imbuatur, eisque pertinaciter inhæreat. Impediunt enim illa, quo minus quis verum cernere & recte judicare queat. Ad perficiendam autem rationis sanitatem institutio spectat & exercitatio. Institutio & honestam liberalemque educationem requirit, & in disciplinis tum Philosophicis, tum Sacris informationem. Ad Philosophiam referimus primo linguarum, modorum loquendi seu troporum ac figurarum, & denique legitime ratiocinandi seu differendi artis cognitionem. Quamvis ea sua natura adeo generalia sint, ut tam divinis, quam humanis rebus cognoscendis & explicandis inserviant.

viant. Deinde rerum naturalium & moralium, gestorumque cum priscorum, tum recentium, id est, historię notitiam. Etsi enim religionem Christianam nec ipsa Philosophia tradat, nec ratio nostra eam ex solis Philosophicis Principiis perfecte colligere unquam possit, sed revelatione divina innescere illa omnino debeat: est tamen ista revelatio, quæ sacris, uti infra docebimus, continetur literis, ita comparata, ut præviā rerum Philosophicarum notitiā, saltem mediocri, valde indigeat, non secus ac Philosophia ipsa alphabeto indigeret. Itaque si quis rerum naturalium cognitione, adeoque disciplinis philosophicis imbutus fuerit; eo melius Christi doctrinam cognoscere ac dijudicare poterit. Non

ideo hæc dicuntur , quod qui Philosophiam accurate doctus non sit , cum plane nihil judicare de religione Christiana posse censemus : Sed quod , quo majori quis literatura rationem excoluerit , eo exactius illius esse judicium existimemus . Itaque non erit necesse , si quis quantum ad salutem sibi necessarium solum dijudicare velit , eum Philosophum (uti quidem excellentiori significatu vox ea sumitur) prius fieri : sed sufficiet , si quidē plura addiscere nequiverit , ea tenere , quæ hominum nemo , hisi plane vecors sit & stupidus , ignorare possit . Sed ea de re infra explicandum est fuisse . Sacratum verò rerum cognitionem omnino necessariam esse , nemo sanus inficiabitur . De re enim ignota , vel Apellis

judicio, recte judicare nemo potest. Contra, quo quodque intellectui perspectius fuerit, eo saniorem sententiam feret. Vnde de bello imperatore, de navigatione gubernatore, de morbis medico, de vestibus sartore, de calceis sutore nemo judicabit melius. Isti enim earum rerum optime gnari sunt. Quocirca, quemadmodum, si de naturalibus judicare ratio debat, principia & causas physicas ut cognitas habeat necesse est: ita, si de divinis judicandum sit, qualia sunt, quæ Christianam religionem constituunt, principia divina omnino perspecta oportet habeat. Atque hæc ad informationem pertinent. Huic autem adjungi debet exercitatio, qua ea, quæ docti sumus, ad usum accommodamus, variis

D*iij.* de

de rebus cum privatim, tum publice saepius differendo : sive cum adversariis ipsis, sive cum aliis, qui adversariorum sententias defendunt, disputando: Quin etiam, quæcunque tum pro adversarii sententia, contra nos, tum pro nostra sententia, contra adversarios adferri possent, inquirendo & examinando. Hac enim ratione naturalis illa vis rationis non conservatur tamquam & excitatur, sed & ad exactum & sincerum de rebus oblatis judicium prompta atque expedita redditur. Quod si vero ad illam sanitatem etiam hoc accedat, ut intellectus ab omni prejudio & conceptis opinionibus liber, ad veritatem penitus cognoscendam, eique ex animo adhaerendum, quicquid tandem adversi ea de causa susti-

sustinendum sit, à voluntate proba excitetur & inflammetur: sine dubio verius & sincerius omnino iudicium fuerit. Omnis denique exceptione majore fide dignum erit rationis iudicium, si à Spiritu Dei Sancto illustrata ea & informata fuerit, sique ejus dictum in judicando ipsa sequatur. Neque enim Deus rationem nostram per Spiritum suum eliminat, sed ejus operationem perficit: quemadmodum auribus nostris ad audiendum, oculis nostris ad videndum, phantasia nostra ad legendum etiam ipsum Dei verbum: ita ad idem verbum divinum auditum aut lectum intelligendum, & de eo judicandum non nisi rationem nostram Spiritus ille Dei adhibet. Hic ergo veritatis Spiritus ardentibus à Deo fla-

D. iiii gi-

gitandus est præcibus. Sed istud duplicitamen cum cautione accipiendum est. Primo, ne quisquam existimet, neminem quicquam dijudicare posse, nisi Spiritum S. habeat. Statuendum enim est, etiam sine peculiari illa Spiritus S: illustratione posse quemque tantum judicare, quantum illi ad salutem sufficit. Accedente autem Spiritus S: ope plura, ut intelligere, ita & dijudicare poterit: eritque de prioribus certior. Deinde, utrum aliquid à Spiritu Sancto, nec ne profectum sit, non nisi rationis sanæ judicio constare debet. Eo modo & Paræanus circulus evitabitur: & Enthusiastis istis, qui perpetuas Spiritus Sancti suggestiones crepant, occurri facile poterit. His ita expositis, quo modo ratio sana iudex con-

constituatur, paucis repetendum est. Itaque operam esse dandam volumus; ut quisque diligenter ipse inquirat, quo Christi d^e
 & trinam cognoscat, animumque ab affectibus liberet: à Deo vero Spiritus Sancti auxilium & illuminationem petat. Quod si verum ipse minimè cernit; petitorem aliquem adeat, qui non, quod falsum, verum facias; nec quod vel non intelligis, vel de quo, an verum sit, dubitas, ut nihilominus credas, præcipiat; sed qui vera explicet, & dubia ejusmodi argumentis probet, quæ rationi tuæ tanquam judici sunt conformia: ut tandem & ipse verum videoas, & rationis tuæ judicio approbes, aut si approbare non possis, dissentiendo tibi libertatem relinquat; quemadmodum id in Mathematicis, in

Physicis, aliisq; scientiis omnibus putet. Credimus quæ intelligimus, quæque ratio nostra vera esse judicat. Quod non intelligimus, quæque dubia sunt, eorum explicaciones & confirmationes ipsi quaerimus, vel à scientiæ cuiusq; peritis petimus: ab iisdem vero nonnisi, quæ rationis nostræ judicio probantur, recipimus, nec recipere quisquam cogitur, & nec potest quidem cogi. Itaque in vero falsoque recipiendo, ac rejiciendo, præter cuiusque rationem, Doctorem quidem, qui partis quodammodo rationem habeat, & confirmationes refutationesque suas rationi nostræ, tanquam judicii comprobet, admittimus: Iudicium autem rationi unius cuiusque bene constitutæ vindicamus.

Caput I V.

De Rationis Iudicio.

Sed nunc tempus est, ut videamus, quibus nostra assertio fundamentis superstructa sit. Et possemus quidem firmissimum inde argumentum petere, quod judice aliquo publico opus non sit (ex enim, posito, quod nemo negare potest, judicem tamen aliquem omnino requiri, suum cuique sufficere rationis sanæ judicium, protinus sequitur) sed quia hæc res infra suo loco peculiarter disputabitur, nunc alia videamus. Non est autem illud ullo modo prætereundum, quod hujus ipsius controversiæ de controversiarū fiduci judice & Nor-

ma, nullus inveniri alias judex possit, quam cujusque sana ratio: quemadmodum quidem initio hujus libri docuimus. Hæc autem controversia, si non gravissima & difficillima est; saltē facillimis & levissimis nequaquam erit accensenda. Quare si huic ditimendæ sum rationis sanæ judicium cuique sufficit, quid obstat, quo minus de cæteris idem dicendum sit? sed ne sine ordine vagari videamus, reliqua, quæ non pauca sunt, hujus rei argumenta ad unius sylllogismi carceres revocabimus. Negari igitur nulla ratione potest, eum esse controversiarum fidei judicem, cuius solius perspicacitate & judicio, ut auctorum quorumvis aliorum, ita etiam Scripturæ Ecclesiæque, ipsius denique Spiritus divini mens per-

Propo-
satio.

percipitur : autoritas cognoscitur : veritas falsitasque cernitur : dubitatio, si qua tollitur, tollitur : controversiae cum animi tranquillitate, si quæ sibiuntur, sibiuntur : omnesque in universum de re quavis dissertationes legitimæ instituuntur: cui, quisquis disputat, suas conformare probationes conatur : cujusque iudicium sine contradictione nemo argumentis oppugnare potest. Certe, si huic tali judicandi provincia non sit omnino deferenda : saltem sufficere ejus Assumptio.
 iudicium cuivis salutis suæ amanti poterit. Iam si rationem sanam inspiceris : illa ipsa erit, cui hæc omnia competunt. Solius enim rationis sanæ acumine, & judicandi facultate, quid quisque velit, & quæ cum aliorum authorum, cum etiam sacre Scriptura

pturæ, Ecclesiæque, ipsiusque
divini Spiritus mens sit, percipi-
tur. Nimirum id homini præ-
brutis datur. At sola ratione,
& iis, quæ non nisi rationem con-
sequuntur, à brutis homo dif-
fert. Itaque sola ea intelligen-
di facultatem habet. Nec va-
let, si quis in naturalibus se suf-
ficientem rationem agnoscere
dicat; non item in divinis. Ne-
que enim res divinæ rationi op-
ponendæ sunt; sed rebus natu-
ralibus: iisque non nisi ut majus
minori. Nec ratio solis rebus
naturalibus mancipanda est: qua-
si alio instrumento ad divina
percipienda & judicanda opus
sit... Isdem certe oculis, audi-
busque tam divina, quam huma-
na percipimus. Neque enim
aures oculique ad sola naturalia
determinata sunt, ut ad divina,
seu

seu sacras literas legendas & audiendas, non oculis auribusve nostris, sed aliis opus sit visus auditusque instrumentis. Pari modo & eodem intellectu, tam divina, quam humana percipi mus, & dijudicamus: quum aliud huic rei aptum instrumentum nullum habeamus. Nec est, quod quis vel scripturam, vel fidem, vel Ecclesiam, vel Spiritum S. objiciat: quod eorum, non rationis beneficio, quæ Dei mens sit, percipiatur. Ea enim rationem requirunt omnia. Scriptura certè non intelligit ipsa, neque judicat: Verum à ratione intelligi, & quis ejus sit sensus dijudicati debet. Fides autem ad simplicium apprehensionem seu mentis alicujus cognitionem non pertinet: quum possit etiam ab eo mens loquentis percipi, qui,

qui, quæ dicuntur, falsissima esse putat. Perceptionem verò fides demum sequitur. Assensus enim est; ergo notitiam supponit. Non igitur ipsa cognitionis instrumentum est. Ecclesia porro, quæ percipit, non nisi rationis sanè vi, qua membra ejus pollent, percipit: et si quæ dicit, non nisi rationis sanè perspicacitate à te percipi possunt. Denique quod ad Sp. S. attinet, primo concedendum non est, nihil sine ipsius ope intelligi posse: Deinde ejus illustratio sententię nostrę nil derogat. Prius illud non eo spectat, ut sanctā scripturā, quæ ope divini Sp. probata est, tollamus (Hanc enim, tanquam objectum, cuius mens percipienda sit, ponimus) sed ut illorū occurramus errori, qui in singulis hominibus, qui sacras literas vel auditas vel lectas

intelligere velint, peculiarē Sp.
S. illustrationē requirunt, quod
sine ea nihil à quoquam percipi
possit, quod ad salutē conduceat.
Hoc enim si verum est: cur à se in
religionis negotio dissidentibus
de religione loquuntur? cur scri-
pturas legendas proponunt? Aut
frustrā id faciunt, quando nihil
illi intelligunt: aut eos etiam
Spiritū S. præditos esse, contra
animi sui sententiam, dicent: aut
denique fatendum id, quod ve-
rum est, Posse etiam sine pecu-
liari illa mentis illustratione scri-
pturas intelligi; alioqui vel ante
Euangelium auditum Spiritus
S. datur, ut auditum cognos-
cere homines possint: vel, post-
quam audiverunt, deum. Il-
lud haud dicent: Verbum enim
Dei medium esse volunt, per
quod Spiritus S. datur. Ergo
vel

vel omnibus datur, qui verbum audiunt, vel quibusdam certis. Non dicent omnibus: quandoquidem multi verbum Dei improbant & rejiciunt, eoque Spiritu S. non sunt praediti. Itaque si certis quibusdam Spiritus S. datur, illi vel aliquid in se habent, aut faciunt praere reliquis, quibus non datur: vel nihil habent, adeoque ex Dei beneplacito id rotum penderit. Hoc si dicant: in Deum ipsum culpam conjicent ejus rei, quod multi verbum ejus non cognoscant, nec approbent; Id quod sine dubio absurdum est. Ad illud ergo configiant, necesse est. At qui quid id aliud est, quam quod verbum Dei ita audiant, ut &c cognoscant, & probè dijudicent. Quod si igitur, ut illi volunt, sine Spiritu S. nemo cognos-

noscere Dei verbum potest; se-
quitur vel Spiritum S. dari, an-
tequam detur, vel verbum Dei,
antequam cognoscatur, cognos-
ci; Id quod seipsum manifesto
evertit. Sed tamen dum ista
dicimus, Spiritus Sancti illu-
strationem non penitus excludi-
mus. Nam primo, licet non o-
mnia; multa tamen esse in sacris
literis faciemur, ad quæ peritius.
& perfectè intelligenda Spiritus
S. illustratione opus esse credi-
mus. Illa autem talia esse dici-
mus, sine quorum intellectu pe-
ritiore quisque credere, ac por-
to etiam servari queat. Vnde
nonnisi jam credentibus Spiri-
tum S. dari legimus, non certe
ut primum aliquid intelligant,
quo credere possint (id enim se-
ipsum evertit) sed ut plura in-
telligent, quæ tum ad fidei ipso-
tum.

rum confirmationem, tum ad aliorum informationem faciant. Deinde ea ipsa, quæ Spiritus S. demum illustratione intelligi possunt, rationem tamen postulant. Atque hoc est alterum illud, quod suprà de Spiritu S. diximus : Nimirum ejus illustrationem sententiae nostræ nihil derogare. Spiritus enim S., uti ante etiam monuimus, rationem nostram non tollit, sed extollit. Non facit è rationalibus irrationales, sed vel rationem ipsam acuendo, vel res percipiendas clarius suggerendo perspicaciores nos reddit. Vide licet, ut & quid sit, quod suggeritur: & an revera à bono, non à malo suggeratur Spiritu, intelligi possit. Hinc probare jucemur Spiritus, an ex Deo sint: Id quod non nisi vi sanæ rationis fieri

seri poterit. *Hoc primum in-*
elligentes, quod omnis prophetia<sup>2. Pet. 1
v. 20, 21</sup>
scripturæ propriæ interpretationis
non sit. Non enim voluntate hu-
nana (gr. hominis) allata est a-
liquando Prophetia, sed à Spiritu S.
inspirati (gr. acti) locuti sunt
Sancti Dei homines. Inde enim
 neque sine Spiritus Sancti pecu-
 liari illustratione nihil posse ex-
 facris literis intelligi; neque Spi-
 ritus Sancti illustrationem rati-
 onis sanæ judicium excludere,
 colligi potest. Nam sermo non
 est de omni scriptura ; sed tan-
 tum de Prophetia Veteris fœ-
 deris, & quidem quatenus in ea
 longa demum post tempore
 sub Novo potissimum fœdere
 futura prædicebantur. Deinde
 non de omnibus hominibus
 sed tantum de Prophetis V. F.
 Apostolus loquitur , ostenditq;
 quod

z. Pet. quod & ante dixerat, eos pro-
 prias suas Prophetias non in-
 tellexisse, aut interpretari potu-
 isse. Itaque propria illa inter-
 pretatio non opponitur Spiritus
 S. illustrationi; sed aliorum ho-
 minum, præsertim eorum, qui-
 bus Euangelium sub N. F. reve-
 latum est, intelligentiae. Neque
 denique omnis intellectus aut
 interpretatio negatur; sed per-
 fecta & absoluta sensus interio-
 ris seu mystici, qui N. F. est pro-
 prius. Inde vero ad scriptu-
 ram omnem, omnesque homi-
 nes, omnem denique intelle-
 ctionem, non recte constitui-
 tur argumentatio. Neque ei
 ultimi versus verba serviunt.
 Volunt illi quidem Apostolum
 assertioni sua, quod Prophe-
 tæ propriæ interpretationis non
 sint, hanc subjungere rationem,

quia à Spiritu S. profectæ sint.
Hinc , quia omnis scriptura à
Spiritu S. profecta est, conclu-
dunt, neminem ullam scriptu-
ram rationis suæ facultate intel-
ligere aut interpretari posse. Sed
primum nulla nos cogit necessi-
tas , ut verba ultimi versus vel
rationem continere præceden-
tium ; vel hanc , quam illi vo-
lunt , continere admittamus.
Nulla enim erit assertionis pri-
oris ratio , si dicatur verba ista
esse responsionem ad objectio-
nem tacitam. Si enim quis-
quam objecisset Apostolo: esse
Prophetias propriæ interpreta-
tionis, quia voluntate hominum
allatæ sint, responsum esset per
inficiationem assumptionis: non
enim esse voluntate hominis ali-
quando allatas Prophetias, sed à
Spiritu S. profectas. Respon-
sio-

fiones autem non ad probandā Thesin; sed ad objectorum infirmitatem ostendendam directas esse, notum est. Quod si tamen Thesin suam Apostolum omnino probare velis: non prout hæc erit ratio, quod à S. Sancto profectæ sint Proprietæ, sed quod Prophetæ illi à Spiritu Sancto ita agitati & rapti (*Φερόμενοι*) fuerint, ut prædictiōnum suarum tempus, locum & modum in sua potestate non habuerint, neque quando, ubi, quoad, & quantum ipsis liberet, scire aut vaticinari potuerint, sed prout à Spiritu divino citra voluntatem suam, etiam ne cogitantes quidem, imo & repugnantes aliquando impulsi sunt. Id autem de Apostolis Prophetis que N. F. deque aliis reliquarum scripturarum authoribus, imo &

de ipsis V. Fœderis Prophetis, quatenus aliquid extra ejusmodi Prophetias locuti sunt, non protinus affirmandum est. Nam in illis auctorum voluntati sc̄e Spiritus Sanctus accommodavit. Subjecti enim erant Spiritus Prophetarum Prophetis. Hinc quoties & quicquid vellet, ejus ope investigare poterant. His positis manifesto patet, non ad omnes scripturas, nec ad quemvis .quorumvis hominum intellectum verba Apostoli accommodari posse. Deinde non omnem sic Spiritus Sancti illustrationem, seu inspirationem intelligi, sed peculiarem illam , quæ quodammodo violenta fuit. Nec hanc ipsam omnem excludere rationis perspicientiam ; sed quorundam tantum hominum, respectu certi

E tem-

temporis, idque non ex eo, quod Spiritus Sancti illustratio cum sana ratione consistere aliquando nequeat, sed quod Spiritus Sanctus aliquando non satis clarè, quemadmodum quidem homines illius temporis voluissent, ea revelaverit, quæ postea clarius patefacta sunt. Vnde sit, ut sub N. Fœdere possint, quæ sub V. intelligi haud poterant. Sed deinde ponamus, ita Apostolum ratiocinatum esse, quemadmodum illi volunt. Non sequetur tamen inde, nihil ex scripturis sine Spiritus Sancti ope intelligi posse; sed tantum non perfectè & absolutè posse intelligi, id quod nobis adversum non est. Denique in illis, ubi opus Spiritus Sancti ope, non sequitur, rationem penitus excludi, ut illa intelligendi in-

instrumentum non sit; sed tam
tam eam solam, in virtibus na-
turalibus consideratam, non suf-
ficiet, adeoque necesse esse, ut
a Spitu Sancto perficiatur &
illustretur ratio; Quod ipsi jam
ante etiam in quibusdam con-
cessimus. Ut ergo argumen-
tum hoc concludamus, certum
est, tam divina, quam humana à
ratione percipi & dijudicari, ve-
rum diversimodè, non tam te-
spectu rationis, tanquam instru-
menti; quam respectu princi-
piorum seu Normæ: Nimirum
naturalia è principiis naturali-
bus, divina è divinis, quæ re-
velationis nomine veniunt. Ad
utraq[ue] ratio per se æquæ inde-
terminata est, licet non æquæ
apta. Non negamus enim na-
turalia illi familiariora & per-
spectiora esse divinis. Ea enim

ex ipsa rerum natura ratio ipsa observavit, collegit & constituit. Divina vero à Dci intellectu jam constituta accipit, Præterea divina talia sunt, ut sine naturalibus intelligi nequeant. Naturalia tandem crassiora sunt, & circa ea ab ineunte statim ætate, ac sine intermissione versatur. ratio: Divina vero subtiliora sunt, & vel tardè, vel raro, vel sègniter intellectui offeruntur, ut mirum non sit, non æquè promptam cuiusvis rationem esse ad divina, atque ad humana, seu naturalia percipienda fuit. Sed ad auctoritatem sive scripti, sive dicti, sive auctoris cuiusque cognoscendam progrediamur. Ea autem non nisi à solius ratio-nis judicio pendet: non quidem, quod fide dignus sit aliquis (ea enim de re non agimus) sed ut tan-

tanquam fide dignus agnosca-
tur, fidesque illi habeatur. Hoc
modo scriptura sacra divinę qui-
dem est auctoritatis, sed nobis
ea de re non nisi judicio ratio-
nis nostræ constare potest. Qua-
propter rationi illa non debet
opponi: sed nec fides debet;
illa enim rationis dictum sequi-
tur judicium, & ea credit, qui-
bus credendum esse ratio judi-
cavit. Vix enim audiendi illi
sunt, qui fidem cum ratione,
aut scientia consistere posse ne-
gant: digni scilicet, qui credunt,
vera esse, quæ falsa esse sciunt;
quæque vetissima esse norunt,
non credant tamen. Quæ certior
est scientia, quam quæ sensuum
etiam testimonio nititur? Et cre-
dis tamen haud dubie, Lector,
te vivere, vigilare, videre, le-
gere: imo propterea credis, quia

id verum esse agnoscis. Ita Dominus Iesus Thomæ fidem prædicat; quæ tamen manuum oculorumque experientiam demum sequebatur: Tantum abest, quod quisquam, quæ cognovit, credere nequeat. Eandem vero ob causam credere etiam nemo potest vera esse; quæ rationis iudicio cognoscit esse falsa. Eo enim ipso, quod sciret, non crederet; nemp̄c quæ falsa esse sciret, falsa esse non credeset; Et hujus contrarium, quod verum esse sciret; verum tamen esse non crederet. Præterea, etiam, quæ quis nescit, nemo credere tantum credimus, quantum cognoscimus. Mariam virginem ex obumbratione Spiritus Sancti concepisse & peperisse Dominum Jesum, ex sacris literis tractio[n]is nostræ iudicio cognovimus

mus, ideoque etiam credimus. Modus nobis nullus cognitus est: Ideoque etiam modum nullum credimus. Non dico, nos credere nullo modo factum esse (Factum enim scriptura assertit: Ergo aliquo modo factum esse ratio dicitur) sed quia determinatè, quis ille modus sit, nec natura, nec scriptura docuit, ideoque nec ratio certum illum modum novit. Et propterea etiam determinatè de modo nihil firmiter credere possumus. Si ratio invenire aliquem modum potest, quo id fieri potuerit, etiam hoc credimus tantum, potuisse eo modo fieri. Ergo antequam credatur, cognoscendum prius, & dijudicandum, quid sit, quod credendum: Deinde verum nè an falsum, adeoque utrum aliquid

De
Mor.
Ger.

credendum, nec ne sit. Multa sanè credimus vera esse, quorum modum, quo pacto is sese omni ex parte habeat, ratio nostra perfectè non intelligit. Et apud Tacitum *sancius & reverens visum, decretis Deorum credere, quam scire.* At quę tamen illa sint, & vera esse, saltē non impossibilia, adeoque credibilia ratio intelligat necesse est: nisi quis hypocritas aut superstitione quadam occācatos introducat, qui credere sese profitentur, quę neque an sint, neq; an esse possint, intelligunt. Quanquam credendi verbum, ubi scientiæ opponitur, opinionem scientiæ infirmiorem potius denotat, quam aliquid quod scientiæ sit certius: quemadmodum & illud ex Tacito exemplum docet, & apud Comicum est: *At p. ego band*

band credo, sed certo scio. Sed ne
 quis illa nos confinxisse dicat:
 age ipsum inspiciamus sacrum
 codicem, & apparebit, ab Deo
 ipso, ab Christo, ab Apostolis
 ejus rationem hominis ad fidem
 omnino requiri. Nam ex audi- Rom. 10:
 tu fides esse dicitur: auditus au-
 tem non bruitis intelligitur, ali-
 oqui nihil obstaret, quo minus
 vel canis vel asinus in Christum
 cederet. Itaque auditum cum
 intellectu conjunctum esse o-
 portet. Nam si quis verbum
 regni audiat & non intelligat, tuum Matth. 13:19.
 venit malus & rapit, quod semina-
 tum est in corde ejus. Qui vero in
 terram bonam seminatus est, hic est,
 qui audie verbum & intelligit &
 fructum affert. Intelligendum
 ergo est, quod credi debet. At
 intelligendi nullum aliud in-
 strumentum praeter intellectum

seu rationem datum esse, jam
 ante docuimus. Hinc Aposto-
 lis rationalem a nobis cultam re-
 quirit. Et alius rationabile lac-
 1. Pet. 2:20. concupiscere nos jubet. Et ite-
 rum, ne pueri efficiamur sensibus:
 2. Cor. 14:20. sed malitia parvuli, sensibus au-
 tem ne perfecti simus, monemur.
 Eph. 5. Ne ambulemus quasi insipientes, sed
 15:17. ne sapientes: ne fiamus impruden-
 tes, sed intelligentes, que sic volun-
 tas Dei. Hinc Iannes & Mam-
 2. Tim. bres dicuntur reprobis circa fidem:
 3:8. quia mente corruptientur: & qui mihi
 non crederent Christi discipuli,
 eam Christus rationem hujus rei
 assert, quod rationem in con-
 silium non adhiberent. Quid
 cogitatis, inquit, quia panes non
 habetis? Nondum cognoscitis, ne-
 Mar. 8: que intelligitis? Adhuc occaecatum
 17. habetis cor vestrum? oculos haben-
 tes, non videtis? Et aures haben-

tes, non auditis? nec recordamini,
 quando quinq^upates fregi in quin-^{v. 18.}
 que millia: & quot cophimos fra-^{v. 19.}
 gmentorum plenos fustulisti? &c: Et
 postea: Quomodo nondum intelli-^{v. 21.}
gitis? Ita idololatris objicitur:
Nescierunt neque intellexere. Ob-^{Ez. 44:}
 liti enim sunt, ne videant oculi eorum,^{18. 19.}
 & ne intelligant corde suorum. Non
 recogitare in mente suo, neque cog-
 noscunt, neque sentiunt. Et ali-
 bi: *Sicutus populus meus me non*^{Ier. 4:}
cognovit. *Fili insipientes sunt,* &
 recordes: *Sapientes sunt, ut faciant*
mala, bene autem facere nescierunt.
 Et iterum: *Audi popule stulte,*^{v. 21.}
qui non habes cor: qui habentes acu-
los, non videtis; & *tares,* & *non*
auditis. Et rursus: *Milvius in*
cælo cognovit tempus suum: Tur-^{v. 7.}
 sur, & Hirundo & Ciconia custodi-
 erunt tempus adventus sui: *populus*
autem meus non cognovit judicium
Domini. Hinc David: *Nolite,*^{Ps. 32:}
 in-

rum confirmationem, tum ad aliorum informationem faciant. Deinde ea ipsa, quæ Spiritus S. demum illustratione intelligi possunt, rationem tamen postulant. Atque hoc est alterum illud, quod suprà de Spiritu S. diximus : Nimirum ejus illustrationem sententiæ nostræ nihil derogare. Spiritus enim S., uti ante etiam monuimus, rationem nostram non tollit, sed extollit. Non facit è rationalibus irrationales, sed vel rationem ipsam acuendo, vel res percipiendas clarius suggesto perspicaciores nos reddit. Vide licet, ut & quid sit, quod suggestur: & an revera à bono, non à malo suggestatur Spiritu, intelligi possit. Hinc probare jubemus Spiritus, an ex Deo sint: Id quod non nisi vi sanæ rationis fieri

sciri poterit. *Hoc primum in-*
elligentes, quod omnis prophetia
scripturæ propriæ interpretationis
non sit. Non enim voluntate hu-
nana (gr. hominis) allata est a-
liquando Prophetia, sed à Spiritu S.
inspirati (gr. acti) locuti sunt
Sancti Dei homines. Inde enim
 neque sine Spiritus Sancti pecu-
 liari illustratione nihil posse ex
 sacris literis intelligi; neque Spi-
 ritus Sancti illustrationem rati-
 onis sanæ judicium excludere,
 colligi potest. Nam sermo non
 est de omni scriptura ; sed tan-
 tum de Prophetia Veteris fæ-
 deris, & quidem quatenus in ea
 longa demum post tempore
 sub Novo potissimum fædere
 futura prædicebantur. Deinde
 non de omnibus hominibus
 sed tantum de Prophetis V.F.
 Apostolus loquitur, ostenditq;
 quod

1. Pet. quod & ante dixerat, eos pro-
 prias suas Prophetias non in-
 tellexisse, aut interpretari potu-
 isse. Itaque propria illa inter-
 pretatio non opponitur Spiritus
 S. illustrationi; sed aliorum ho-
 minum, præsertim eorum, qui-
 bus Euangeliū sub N.F. reve-
 latum est, intelligentia. Neque
 denique omnis intellectus aut
 interpretatio negatur; sed per-
 fecta & absoluta sensus interio-
 ris seu mystici, qui N.F. est pro-
 prius. Inde vero ad scriptu-
 ram omnem, omnesque homi-
 nes, omnem denique intellec-
 tionem, non recte constitui-
 tur argumentatio. Neque ei-
 ultimi versus verba serviunt.
 Volunt illi quidem Apostolum
 assertioni suæ, quod Proph-
 etiaz propriæ interpretationis non
 sint, hanc subjungere rationem,

quia

quia à Spiritu S. profectæ sint. Hinc , quia omnis scriptura à Spiritu S. profecta est, concludunt, neminem ullam scripturam rationis suæ facultate intelligere aut interpretari posse. Sed primum nulla nos cogit necessitas , ut verba ultimi versus vel rationem continere præcedentium ; vel hanc , quam illi volunt , continere admittamus. Nulla enim erit assertionis prioris ratio , si dicatur verba ista esse responsionem ad objectionem tacitam. Si enim quisquam objecisset Apostolo: esse Prophetias propriæ interpretationis, quia voluntate hominum allatae sint , responsum esset per inficiationem assumptionis: non enim esse voluntate hominis aliquando allatas Prophetias, sed à Spiritu S. profectas. Respon-

siones autem non ad probandā Thesin; sed ad objectorum infirmitatem ostendendam directas esse, notum est. Quod si tamen Thesin suam Apostolum omnino probare velis: non proutus hæc erit ratio, quod à S. Sancto profectæ sint Propheetæ, sed quod Prophetæ illi à Spiritu Sancto ita agitati & rapti (Φερόμενοι) fuerint, ut prædictiōnum suarum tempus, locum & modum in sua potestate non habuerint, neque quando, ubi, quoad, & quantum ipsis libereret, scire aut vaticinari potuerint, sed prout à Spiritu divino citra voluntatem suam, etiam ne cogitantes quidem, imo & repugnantes aliquando impulsi sunt. Id autem de Apostolis Prophetis que N. F. deque alijs reliquarum scripturarum authoribus, imo &

de ipsis V. Fœderis Prophetis, quatenus aliquid extra ejusmodi Prophetias locuti sunt, non protinus affirmandum est. Nam in illis auctorum voluntati sese Spiritus Sanctus accommodavit. Subjecti enim erant Spiritus Prophetarum Prophetis. Hinc quoties & quicquid vellet, ejus ope investigare poterant. His positis manifesto patet, non ad omnes scripturas, nec ad quemvis quorumvis hominum intellectum verba Apostoli accommodari posse. Deinde non omnem sic Spiritus Sancti illustrationem, seu inspirationem intelligi, sed peculiarem illam, quæ quodammodo violenta fuit. Nec hanc ipsam omnem excludere rationis perspicientiam ; sed quorundam tantum hominum, respectu certi

E tem-

inquit, fieri sicut equus & Malus,
quibus non est intellectus. Id ve-
rò omnino faciunt, qui à fide
intellectum seu rationem segreg-
gant. Ex iis ergo satis apparet,
non posse fidem opponi ratio-
nis judicio. Porro, nec Ec-
clesiæ, aut Papæ judicium ra-
tione carere potest. Cujus e-
nīm judicio Ecclesiam, aut Pa-
pam, ita judicare certus es? Cu-
jus judicio de Ecclesiæ, adde &
de Papæ auctoritate constat? Si
Spiritus Sancti; quæro, cuius
judicio constet vel Spiritum S.
ita judicare; vel esse aliquem
Spiritum, qui Sanctus seu divi-
nus sit; vel esse Deum; ejusve
Spiritui esse credendum? hic
nisi in rationis sanæ judicio ac-
quiescas, ad Atheismum rectè
progredieris. Idem etiam de
veritatis falsitatisque discretione

censendum : solius & illa rationis sanæ propria est. Vnde & ratiocinandi disciplina hoc sibi injunctum munus habet, ut verum à falso discernendi modum tradat. At illius regulas, quemadmodum Grammaticæ & Rheticæ , non magis sacra, quam profana transcendunt. Veritatem equidem scriptura sacra continet. At illud non nisi rationis iudicio cognoscimus. Ejusdem solius rationis iudicio, quid ex scriptura colligatur, verum ne; an falsum sit; dignoscitur. Quodque fides vera, non falsa apprehendit ; id non nisi rationis iudicio debet. Ecclesia, porro ipseque Pontifex non nisi rationis iudicio, quid verum, quid falsum sit, dignoscunt. Et quicquid tandem sive Ecclesia, sive Papa dicit, verum ne an falsum

sum sit, non nisi rationis judicio cernitur. Denique an verum sit, te Spiritus Sancti instinctu loqui, an falsum, non nisi rationis sanæ judicio manifestum erit. Ut liquido appareat, veritatis, falsitatisque omnis, discretionem solius rationis judicio subiectam esse. Ejusdem solius rationis sanæ judicio, ac solertia, quæcunque dubitaciones tolluntur, unice tolluntur. Nihil enim est aliud, quod dubitationem patiat, quam argumentorum utrumq; contrariosq; probantium æquale pondus, siue æqualitas vera sit, siue apparet. Quamprimum ergo alterius partis documenta majoris esse ponderis siue jure, siue injuria videntur, dubitatio tollitur. Estimare autem & examinare argumenta retum, non nisi ratio-

tionis est proprium. Vnde & ad ipsa argumenta rationum non
men translatum est. Tollere
quidem & sensus dubitationem
dicuntur; ut cum visa, audita-
que sine hæsitatione credimus:
Verum non ut judices sensus
sunt, sed ut testes. Addunt isti
momentum argumentis alterius
partis: unde rationis virtute,
tanquam judicis, tollitur dubi-
tatio. Sic & Scriptura argu-
menta continet. Ea autem ipsa
non iudicant, sed quanti sint ro-
boris, rationi dijudicandum est.
Fides tum demum sequitur,
quando jam rationis opere dubi-
tatio sublata est. Que de Ec-
clésia, de Papā, deque Spiritu
Sancto paulo ante dicta sunt,
eadem, paucis immutatis, huc
quoque referri possunt. Quas
quanquam firma esse video, tan-

men ipse mihi satisfacere non possum, nisi ex adversariis ipsis, testimonium sumo. Nisi enim eosdem & adversarios & testes habuerit veritas, nolo vincat. Nimirum Romanum illi Pontificem judicem volunt. At sic dubium, quæ sententia à Pontifice profecta sit. **Quis** judex id tollet? Sint Cardinalium, Episcoporumque, qui à Pontifice ipso audiverunt testimonia. **Quid** si vel errarent; vel fallerent? Non nisi rationis auxilio ista sibi quisque eximit dubia. Deinde, nonne ipsi Cardinales, & Episcopi rationis suæ munere hunc non aliud esse Romanum Papam certi sunt? Præterea quæ mens sit sententiæ à Papa latæ, seu quid verba ejus velint, quum dubium aliquando sensum habere possint,

nonne

nonne quisque rationis solertia
judicat? Quod si quis Spiritum
Sanctum appellaverit; quia du-
bitari potest, bononè an malo-
tu Spiritu præditus sis: nonne
ut ista tollatur dubitatio, ad ra-
tionis judicium configiendum
est? Atque hic etiam porro ma-
nifestum est, cum iudicis sit, uti
dicebamus, controversias com-
ponere, rationem sanam consti-
tuendam esse judicem. Cer-
tum enim est, si quæ unquam
controversiæ cum animi tran-
quillitate sponuntur, solius ra-
tionis sponiri iudicio. Cum e-
nim animus acquiescere non
possit, nisi omne sublatum sit
dubium; dubia autem non nisi
rationis solertia dispellantur:
quis est, qui nō videat, solius ra-
tionis virtute ita sponiri con-
troversias posse, ut in tuto animus

col-

collocetur? Præterea inter di-
versum sentientes agitatur con-
trovergia. Nec altera pars suam
sententiam deserit, priusquam
animadvertiscat, sua argumenta in-
firma, adversarii verò validiora
esse. & nisi animo forte suo vim
inferre quodammodo velit. Et
go argumentorum examinę rès
tota conficitur. Hoc autem non
nisi rationi debetur. Scriptura
argumenta quidem suppeditat;
sed non ipsa examinat. Eccle-
sia si quæ examinat; aut Papa,
non nisi rationis opera id faci-
unt. Iuvat quidem Spiritus S.
aliquando rationem, & argu-
mentorum vel robur, vel infir-
mitatem ostendit: aliquando e-
tiam plura documenta suggerit.
At omnia tamen rationi ipsi ex-
aminanda relinquit. Fides au-
tem tum demum accedit, post
quam

quam rationis sagacitate contro-
versiae decisae sunt. Ipsa enim
ea animi tranquillitas est. Non
parum ergo *Boccanus* fallitur,
dum contra objicit: *Hic iudex* Comp.
non potest esse quilibet homo pri- I.C.v.5
uatus: quis aliqui tot essent di-
versi iudices, quo diversa capita
& sententiae: Et sic nulla contro-
versia componi posset. Quisque ea-
uim diceret, se bene sentire, reliquas
male. Neque enim tot proti-
nus diversae judicum, erunt sen-
tentiæ, quot capita: contrarium
Philosophica testantur ζητήματα,
in quibus sine dubio cuiusque
ratio judicat; nec tamen, quot
capita, tot sententiæ. Sapissi-
mè sententiæ tantum duæ sunt;
at quot sunt capitum millia? Ni-
mitum diversi, iisque longe plu-
rimi, eandem ferre sententiam
possunt. Imo si rationis du-

ctum

Etum, non affectus, aut corruptum aliorum sequantur judicium, ferent. Itaque ejusmodi Poetarum aliorumque auctorum dictoria de iis, quæ vel sæpe, vel etiam male fiunt, non protinus pro axiomatis aut principiis absolute & universaliter veris arbitrandâ sunt. Hinc igitur appareret, etiam nequaquam verum esse, quod *Becanus* ait, nullam rationis judicio componi posse controversiam. Contrarium iterum quæsita testantur philosophica, apud quamplurimos composita; certe non nisi rationis judicio. Sed & Theologica innunera hic militant. Quæcunque olim inter Christum & Iudeos, inter Apostolos & tum Iudeos, tum Ethnicos agitatæ sunt, controversiæ: apud omnes eos, qui, deferta vel Iuda-

daica vel Ethnica religione,
Christianam amplexi sunt, cum
animorum tranquillitate sopiae
ac compositae sunt. At quo, ni-
si ratione, iudice? Nullum enim
habebant alium? Nam Christus
& Apostoli in partibus numerab-
bantur; nondum agnoscebantur
judices. Hodièque, quicun-
que ab alijs sectis, ad Pontifi-
cios transeunt, illi gloriabun-
tur omnes, maxima cum animi
sui quiete apud se secedatos &
sopitos esse omnes controversiarum
istarum fluctus, qui
inter Pontificios, & ab illis dis-
sidentes perpetua quadam agita-
tione reciprocantur. At quo
judice? Papa? At de Papæ iphi-
us fide & auctoritate non mini-
ma controversia est. Quo ju-
dice ergo credunt, Papæ cre-
dendum esse? Aut animi ipso-
rum

rum nondum revera acquiescunt; aut nullius nisi rationis sanæ judicio se acquiescere dicent. Sed quib magis assertio nis Betani falsitas, nostræ sententiae veritas appareat, opponamus adversariis nostris illustrissimum Card: Baronii, quod veritati, quam nos defendimus, ingenuè præbet, testimonium. Is enim secundo Annalium tomo apposuit Appendicem ad Lectorem extra Ecclesiam Catholicam posittum, in eaque & existimare se ostendit, posse rationis sanæ judicio componi controversias, & compositas esse hac viâ, exemplis adductis, confirmat: & eum in finem, ut veritate agnitâ, erroreque deposito componantur controversiae, ad sanæ rationis judicium, etiam contra homines qui extra Ecclesiam

siam ipsius sunt, provocare non
 dubitat. Verba ejus ita habent.
 „Agemus (inquit) tecum libe-
 „ralissime: usque adeò, ut omni
 „indulgentia & animi dimissi-
 „one, non vereamur te ipsum, si
 „tamen veritatis tantum es cu-
 „pidus, accuratè isthæc nostra
 „legentem, æquum arbitrum
 „constituere. Iuste namque
 „caussæ confisi, tantum tibi
 „concedimus, ut non dedigne-
 „mur tuum quoque de rerum
 „veritate, in re tanta tunc sub-
 „ire judicium, cum (quod æ-
 „quissimum judicem decet)
 „tranquilla ratio, mente integra
 „atque sincera, omni animi per-
 „turbatione semota, depositis-
 „que privatis affectibus, in neu-
 „tram partem inclinans, subli-
 „miori throno, in medium col-
 „locato, confideat. Si talem
 te

„ te judicem præfas , te ipsum
 „ mente turbatum ad te ipsum
 „ puro mentis obtutu cuncta ex-
 „ actius disquarentem libentissi-
 „ me provocamus. Ingens sa-
 „ nè vis humanæ insidet ratio-
 „ ni , si tamen nullis constricta
 „ compedibus,in omnibus libe-
 „ ra , liberè agere permittatur.
 „ Hac quidem ex caussa majores
 „ nostri summa freti fiducia ve-
 „ ritatis,ubi adversus obstinatis-
 „ simos hæreticos agendi sefo-
 „ occasio obtulit,cum illi omne
 „ judicium Ecclesiasticum de-
 „ clinarent atque contemne-
 „ rent , eò indulgentiæ adacti
 „ sunt,ut non recusarent Genti-
 „ lium quoq; hominum experiri
 „ judicium , eorumque sententi-
 „ am expectare. Hisce judici-
 „ bus Iudei & de Samaritis pu-
 „ gnacissime altercantibus tan-

* Ioseph.
 antiqu.
 lib. I. 3.
 c. 6.

dem

„dē victoriam retulere. Ethnico
 „quoque Philosopho arbitro ex
 „consensu delecto, cuius stan- ^{b Origēt}
 „dum esset iudicio, ^{b Origēs} ^{Dial.}
 „quinque perditissimos hæreti-
 „cos superavit, ipsumque judi-
 „cem ad fidem Christianam ca-
 „pessendam induxit. Sed &
 „sanctissimus Episcopus ^{c Epiph:} in
 „Mesopotamia Archelaus corā ^{Hæref.} [“].
 „Gentilibus adhibitis ex con-
 „sensu judicibus Manetem hæ-
 „resiarcham nefandissimū con-
 „futavit. Sunt & alia de his ex-
 „empla, quibus appareat, eos,
 „qui veritate pollerent, nullius
 „recusasse judicium, vel refu-
 „gisse sententiam, nec eorum
 „quidem, qui Domini auctori-
 „tate viderentur esse damnati,
 „ipso dicente: ^d qui non credit,
 „jam judicatus est. Sed & nos
 „liberalius videmur tecum a-

„gere; qui te ipsum, cum ad re-
 „ctæ rationis compositus fueris
 „ordinem, arbitrum non refugi-
 „mus. *Quæ fini? cui bono?* Cer-
 „tissimi plane redditi, atque se-
 „curi, adjudicaturum te nobis
 „caussam, atque nobis pariter
 „consensurum, si amantissima
 „et qui ratio libenter audiat ve-
 „ritatem: quod cupimus nobis
 „laborum sit præmium, ut te
 „ipsum etandem sic à te ipso re-
 „cte judicante justissime con-
 „demnatum, absolutum erro-
 „ribus videamus. Eat nunc *Be-*
canus & nullas rationis judicio
 componi controversias posse,
 aut compositas esse dicat. *Quod*
 si igitur componi apud quos-
 dam illæ controversiæ ratio-
 nis potuerunt: quid obstat, quo
 minus sopiri hodieque possent
 & exdem controversiæ apud re-
 liquos,

liquos , & reliquæ controversias
apud omnes; si rationis sanè judi-
ciū sequerentur. Si verò *Becanus*
illud absurdum putat , quod li-
cet multi in multis consentiant;
non tamen in omnibus omnes
in universum: tum, quæ in eo sit
absurditas, ab ipso ostendi debe-
bat. Sufficere enim existima-
mus , si in iis , quæ ad salutem
omnino sunt necessaria , ii o-
mnes , qui probi & salutis suæ a-
mantis sunt animi , consentiant:
Id quod ratione duce fieri posse
manifestum est. In reliquis ve-
rò quæ necessaria ad salutem
non sunt, ut omnes planè in uni-
versum consentiant, necesse non
arbitramur. Neque id efficere
etiam judec publicus poterit:
quemadmodum experientia ipsa
inter eos, qui Romanum Ponti-
ficem agnoscunt judicem , satis

F ij

ma-

manifesto docet: Et nos id infra
fusius demonstrabimus. Nunc
persequamur reliqua. Quæ-
cunque de quacunque re institu-
untur dissertationes (nam & hoc
judicis esse diximus) non nisi
rationis judicio instituuntur.
Neque enim ille legitime disser-
rere à quoquam sano dicitur, qui
ex meritis negantibus affirmate
concludit: qui ex particulari u-
niversale colligit: qui complexi-
oni plura inserit, quam conti-
nebat antecedens: qui que reli-
quorum artis differendi cano-
num aliquos non observaverit.
At illa rationis, omnium confes-
sione, ars est. Vnde & Græco
nomine Lögica , à ratione ap-
pellata: & ratiocinandi seu ratio-
ne bene utendi scientia dicitur.
Certè, ut in ipsa sacra scriptura
nihil est, quod Logicis regulis

non

non usque quaque sit congruum: ita ne quidem de profundi-
sissimis Theologiae mysteriis
recte nisi secundum rationis
præscripta quisquam differat. lu-
dicium aliquando sequi aliorum
potes, fateor; sive Ecclesia illa
dicatur, sive Pontifex: sed illi,
quos sequeris, cujus nisi rationis
sagacitate judicant? Et quo ju-
dice hujus potius quam alterius
cujusdam judicium tibi sequen-
dum ducis? Nisi rationem di-
cere velis: alium nomina. Scri-
ptura materiam quidem suppe-
ditat: Sed de ea bene differere
rationis munus est... Atque hu-
jus rei iterum tot habemus ex
adversariis testes, quot libelli
extant logici, sive à Toleto, sive
à Fonseca, sive ab Hunnao, sive
à quovis alio ex ipsis scriptis:
Quotque visuntur & audiantur

ab ipsis habite de rebus etiam sa-
cratissimis dissertationes, ipsi,
sat scio, fatebuntur, legitimè
non esse institutas, si adversus
præcepta genuina Logicæ pec-
catum sit. Aut ergò sola Lo-
gica differendi ars non erit, aut
Solius rationis judicio bene dis-
seritur. Sed & disputationes
judici accommodari diximus.
Solius autem rationis judicio,
quisquis disputat, suas confir-
mare probationes conatur, id-
que unum agit, ut quæcunque
profert judicio sanæ rationis,
quam in adversario etiā suo, vel
saltē in auditoribus & lectori-
bus agnoscit, comprobet. At-
que hic iterum, nisi adversario-
rum nostrorum judicio, vince-
cere nolumus. Quoties cum
Atheis, cum Gentilibus, cum
Iudæis, cum Mahometanis ipsi-
res

res est: nonne solius rationis iudicio disputationes suas accommodant? Et an aliter possint edicant. Præterea omnes illas ratiunculas, quibus arguere satagunt, vel publico omnino opus esse judice, vel Ecclesia illud iudicium committendum, vel suam esse veram Ecclesiam, vel denique Romano Papæ munus illud deberi, cujus nisi rationis iudicio à nobis examinandas proponunt? Papæ enim iudicio sese illi, adversus quos disputant, nondum submittunt. Spiritu Sancto eos præditos esse, ipsi non concedunt. Aut ergo sine omni iudicio legi auditire, id est, frustra disputare volunt: aut rationis cajusque sanæ iudicio sese suas confirmatum ire rationes fatecantur, necesse est. Atque

hic non possumus non iterum laudare ingenuam *Baronii* confessionem, quam paulo ante vidimus. Nam & se, & antiquos illos veritatis propugnatores rationis sanx judicio sive adversariorum sive auditorum suorum suas aptasse disputationes differatetur. Nihil nos aliud quærimus, quam quod ultiro largitur & confirmat *Baronius*: Nimirum suum cuique rationis sanx judicium, ad veritatem cognoscendam & ad errorem deponendum sufficere. Quid hinc aliud sequitur quam non esse necesse, ut publicus aliquis judex sit, qui cum autoritate decernendi & definiendi inter partes litigantes protestat habeat: quemidmodum quidem *Becanus* censuerat? Ita nimirum mira res est veritas, ut non possint non perpetuis sub-

Comp.
I.C.v.
8.7+

inde

inde sese confidere contradictionibus, quicunque eam oppugnatum eunt: Idque si uspiam, certè in ea ipsa, de qua modo controversamur materia, luce meridiana, patet clarius. Nihil enim omnino ad rationis sanæ oppugnandum judicium afferti potest, quod non semetipsum evertat, & contradictione conficiat. Nam facto ipso judex constitutas ratio. Quacunque enim ad evertendum rationis sanctæ judicium protulerit adversarius, vel ut conformia rationi meæ sint querit; vel minime. Si illud: rationem utique judicem constituit. Si hoc: probans non probat: docens, non docet; disputans, non disputat. Id enim disputando, docendo, probandoque agimus, ut alterius opinione adducatis ar-

gumentis in sententiam nostram pertrahamus. At quî id fiet, nisi id ipsum queras, ut rationi meç argumenta tua sint conformia? Deinde vel agnoscis, ma rationes tuas dijudicare posse; vel id ipsum negas. Si illud: rationem agnoscis judicem: Cur ergo propria vindicta cædis? Si istud: cur non tantum surdo narras fabulam; sed & eadem opera multis mibi verbis me surdum esse persuadere conaris? Sed ad ipsum credibimus adversarium. Vel intelligit, que ipse adversus rationis judicium profert, vel minime. Si hoc: nihil agit. Si illud: rationis ipsius, cuius ope intelligit, ju dicio vel vera censet, vel falsa. Si vera censet: cur rationis ju dicium damnat? si falsa: quo modo pugnat? An crediturum me

me existimat ipsi dicenti, que ipse falsa esse judicat? Quemadmodum Augustinus olim pro dialectica, ita nos argumentabitur pro rationis sanæ judicio. Si sine ratione, sineque judicio agis: cur disputas? Quid? non disputare id est; sed ineptire. Disputatio enim ratiocinationem requirit. Ineptiis autem qui velit cordatos convincere, oppidò ineptus erit. Quod si rationem in judicio adhibes, cur contra rationis judicium disputas? Oppidò nimis ingratis es, qui cujus opere victorem speras, candem è solio perturbare suo non erubescas. Imitemur Lactantium contra Arcesilæ scientiam, quod nihil sciri possit, dispergantem. Si male ratio judicat: tuæ utique rationes male concludent; falso ego eas male dijudicabo.

Et cur non taces potius? Si vero
recte te ratiocinari, meque id
animadversere possit, arbitraris
falsum unique est, pravum esse
racionis judicium. Nimirum
videre te dicas, omnes homines
cæcos esse: idque ut omnes vi-
deant, licet cæci sint, magnum
impedit studium. Vis omnes
clara voce profiteri se mutos es-
se: atque hac in re tu ipse, mu-
tus licet, voce clara formulam
præcis. His simile est illud,
quod in scholis proponi solet
in Aeschyli generis exemplum:
sonniasse quendam ne somniis
crederet. Si enim crediderit,
tum sequitur, ut credendum non
sit. Si autem non crediderit,
tunc sequitur, ut credendum sit.
Ita illi disputant, non esse dis-
putandum. Ratiocinantur non
esse ratiocinandum, Iudicio.

rationis probant, rationis iudicio nihil esse probandum. Ratione credunt, & credi volunt, rationi credendum esse neganti. Quid his facias? Si credideris rationi; sequitur ut credendum non sit. Si non credideris, sequitur ut credendum sit. Sic inducatur dogma: sibi ipsi repugnans, & que dissolvens: quemadmodum scientia illa, quod nihil sciatur. Si enim nihil sciri possent, necesse est id ipsum sciari, quod nihil sciatur. Si autem scitur, posse nihil sciri falsum est ergo, quod dicitur, nihil posse sciri. Et haec quidem sufficere ad omnes adversariorum objectiones possent. Verum tamen quo veritas cuivis manifestius patet, paucilo propria ea, quae contra adfertis solent, intuebimur. Interea ex iis,

iis, quæ hucusque vidimus, concludere cuivis licebit: sufficere suum cuique rationis sane iudicium, ut in fiduci controversiis verum à falso discernere queat. Idque lacteis Lactantii verbis obsignabimus. Oportet, inquit, ea in re, in qua vitæ ratio versatur, sibi quæcumque confidere, suoquic judicio, ac propriis sensibus niti ad investigandam & perpendendam veritatem; quam credentem aliter, erroribus decipi, tanquam ipsum rationis expertem. Dedit omnibus Deus pro virili portione sapientiam, ut & inaudita investigare possint, & audita perpendere. Neque quia nos illi temporibus antecesserunt, sapientia quoque antecesserunt: quæ si omnibus æqualiter datur, occupari

II. de orig.
error.

C. 7.

„ab antecedentibus non potest,
„Illibabilis est, tanquam lux &
„claritas solis. Quia ut Sol ocu-
„lorum: sic sapientia lumen est
„cordis humani. Quare cum sa-
„pere, id est, veritatem quætere
„omnibus sit innatum: sapien-
„tiam sibi adimunt, qui sine ul-
„lo judicio inventa majorum
„probant, & ab aliis pecudum
„more ducuntur. Sed hoc eos
„fallit, quod majorum nomine
„posito non putant fieri posse,
„ut aut ipsi plus sapiant, quia
„minores vocantur; aut illi desi-
„pueriant, quia majores nomi-
„nantur. Quid ergo impedit,
„quin ab ipsis sumamus exem-
„plum: ut quomodo illi, qui
„falsa invenerant, posteris tradi-
„detunt: sic nos, qui vetum in-
„venimus, posteris meliora tra-
„damus.

Caput V.

De Controversiarum Sublimitate.

ANequam ea, quæ adversus rationis judicium objici solent, penitus inspiciamus, paucis observasse juvabit lubrici illius serpentis antiqui astum, quo ad homines vel in errorem seducendos, vel in eodem deuinendos utitur, ut tandem a terra eos salute privare, & secum in inferni barathrum præcipites trahere possit. Novit eam ad rem nihil esse accommodatius, quam si verus Dei Christique cultus tollatur: idque apud non paucos profanos, carnales & animales facile apertâ via perficit.

cit. At quia nonnulli sunt probi simpliciorisque animi homines, qui suggestiones Satanæ de manifesto religionis contenitu horrent & fugiunt: imo quibus cordi curæque est maxime animæ suæ salus sempiterna: Ideo hos tales ille fraudum fallaciarumque artifex ejuscemodi dolis aggreditur, quibus sub veritatis ac religionis persona nil nisi errores & superstitionem animis corum inserit. Ea fini sacras literas, quibus verus Deus colendi modus traditur, & manibus per Pontificios tantum non excusserat, eorumque loco nescio quas fabulas, hominumque commenta substituerat, idque sub religionis velo: ne divina scripturæ maiestas, si populo proponeretur, vilesceret sub verbi divini non scripti, sub

tra-

traditionum Apostolicarum Ecclesiasticarumque titulo: quae de se sequenti libro fusius explicandi locus erit. Posteaquam vero divina benignitate ante hoc seculum factum, ut scriptura sacra è tenebris eruta, & hominibus legenda per eos, qui à pontificiis secesserunt, reddita sit: en alio Satanas stratagemate caussam suam promovere, hominumque salutem intervertere studet. Nimirum hos ipsos sacrarū litterarum patronos & assertores omni privare judicio nititur; idque rursus sub religonis praetextu: ne scripturæ sacræ humano subjiciantur iudicio, neque quisquam immensos religionis agros rationis decempedā metiti ausit. Vnde fit, ut nihil vel hominibus proficit; vel hostiis ipsorum obsit restituta

tuta scriptura. **Quid** enim? legantur releganturque centies, millies sacrae litteræ, audiaturque vel continuo purum putum Dei verbum: si sine ratione, si neque judicio legas audiasve; cui id bono erit? Deinde quodnam poterit excogitari aedem absurdum dogma, quod, si rationis absit judicium, scripturæ sacrae autoritate defendi nequeat? Dicam Deum esse vel ædificium aliquod, quia turris propugnaculumq; in scriptura appellatur; vel animal quoddam, quia oculi, aures, nares, os, manus, brachia, digiti, pedes ipsi in sacris litteris adscribuntur. **Quid?** Dicam Turcam esse Papam: quia scriptum est, sic Deus dilexit mandum, ut filium suum unigenitum daret &c. Dicam, Romanam esse infernum: quia scri-

scriptum est , venite ad me omnes, qui laboratis &c. Tolle rationem, & ista probè dissolve. Negas ullam esse legitimè constitutam consequentiam? At consequentiarum judicium rationis est proprium. Nolebas autem religionis agros rationis metiri decempedā. Rationem tolle, & sic te virum præsta. Si ad Spiritum Sanctum confugias: jam ostensum est, cum sine ratione in homine nihil agere. Ut satis appareat , non posse non Satanae regnum plurimum promovere , qui rationis judicium è sacris eliminandum censem. quandoquidem & verbum Dei suo fructu privant , & absurdissimis quibusque absurdis fencistram aperiunt. Itaque gratulati sibi potius Deoque gratias agere pro detecta hac Satanae frau-

fraude debebant ; quam adver-
 sus rationis judicium arma su-
 mere. Sed videamus tamen,
 quid sibi ipsis infensi adferant.
 Eorum quædam res ipsas attin-
 gunt, quæ sub controversias ve-
 niunt; quædam rationis tum na-
 turam , tum usum. Quod ad
 res ipsas attinet , eæ divinæ seu
 sacræ sunt. Illas autem rationis
 judicio propterea subiectas esse
 negant , quod vel planè contra,
 vel saltem supra omnem ratio-
 nem nostram sint ; id est , quod
 res sacræ seu Theologicæ , præ-
 fectum mysteria per Christum
 revelata, rationi vel omnino re-
 pugnant , vel saltem ita eam
 transcendunt , ut ab ea percipi
 dijudicative minimè valeant.
 Verum non sunt ea tanti ponde-
 ris, ut à nostra nos sententia di-
 movere queant. Quid enim?

An

An Deus ipse , an Prophetæ,
 an Christus , an Apostoli , an
 Lactantius , an Baronius id ig-
 norarunt? Aut, si sciverunt, cur
 illi tamen res Theologicas ra-
 tionitum cognoscendas, tam di-
 judicandas subjicere non dubi-
 tarunt. Aut verum non est
 quod objiciunt: aut, si quid ve-
 ri subest, nostræ sententiæ non
 officit. Qui ergo res divinas
 seu sacras contra rationem esse
 dicunt , si quidem id volunt,
 quod ratio eas averseatur & odi-
 sit; primum à vero aberrant: &
 deinde etsi verum esset ; nobis
 id non obstareret tamen. Negam-
 mus igitur, sanam rationem aver-
 sari & odisse res divinas : quin
 potius hanc eas amore prosc-
 quendas, & in maximo haben-
 das esse precio judicare statui-
 mus. Etenim vis ejus, uia ante-
 do-

docuimus, in eo consistit, ut verū ac bonum seu honestū amandum & sequendū voluntati proponat; falsum autem & malum seu turpe fugere & aversari docet. Itaque quum res Thcologiæ seu sacræ nec falso nee turpes sint; sed verissimè, sed sanctissimè: qui contra naturam suam eas odisset ratio? Quod vero abjicunt: *sapientia carnis inimicitia in Deum*: id ad rem nihil plane facit. Etenim aliud est ratio: aliud carnis sapientia. Illa à Deo: hęc à Satana est. Illa naturam hominis constituit: hęc hominis corruptio & depravatio est. Est enim carnis sapientia, si quis non nisi carnis voluptates & mundanas concupiscentias sapiat, omnesque cogitationum nervos eò intendat, ut desideriis carnis suæ satisfaciat. Ejusce-
modi

modi hominis ratio non amplius sana est; sed à prava voluntate & appetitu carnali depravata: cogiturque invita, quæ carni grata sunt, contra quam sibi relicta véllet, quærere. Rationis enim ista erant: *video meliora proboque: At carnis: deteriora sequor.* Nos autem de sana ratione agimus, eamque à carnalibus illis concupiscentiis jam ante distinximus. Nec magis locum hic
 41.cor. habet illud, quod de *animak*
 11:14. *bomine* deque *b* sapientia mundi
 61.cor. hujus Apostolus alibi ait. Nam
 1:19. 3: *19.20.* & ista à ratione ipsa non parum differunt: sive ex aliorum interpretatione; sive ex vero rematimes. Etenim si aliorum interpretationem respicias: illis animalis homo idem est, qui naturalis. Naturalem autem dicunt, qui nil nisi naturam novit:

ne-

neque unquam de revelatione
alicujus Dei, aut de scriptura sa-
cra, multo minus de Christo,
ejusque Euangelio quicquam
audivit. Eiusmodi verò homo
non est idem, quod ratio, aut
quod homo ratione sana bene
utens. λογικὸς seu rationalem
appellabimus, non eo significa-
tu, quo ratione præditum de-
notat (quomodo omnis homo
rationalis, & animal rationale
definitur) sed eo sensu, ut si-
gnificet eum, qui rationis sanæ
ductum sequitur, adeoque ra-
tione, qua prædictus est, benè ut-
titur. Is ergo cum Naturali
non est idem. Postquam enim,
qui naturalis erat, verbum Dei
audivit, naturalis esse definit.
At non definit esse rationalis,
seu ratione sana utens. Nam
& Spiritualis homo ratione

G uti-

uititur. Nec Spiritus Sanctus, cui supra docuimus, ex rationibus irrationales facit. Itaque rationalis & Spiritualis tanquam adversa opponi nequeunt. At naturalem illi spirituali oppnunt, & Spiritualem hominem non esse eundem censem, qui naturalis. Quocircā etsi, quod illorum fert explicatio, animalēm hominem idem esse, quod naturalis est, admitteretur: nihilominus tamen neganda esset consequentia. Hoc enim inde tantum sequeretur, quod ejus hominis ratio, qui verbum Dei nunquam audivit, id ipsum, antequam audiat, cognoscere & dijudicare nequeat: quum non nisi principia naturalia ipsis perspecta sint. Id vero ad controversiam hanc nostram minime pertinet. De ratione enim lo-

loquimur, uti ex iis, quæ supra diximus, manifestum est, ejus, qui, quid verbum Dei, doctrinaque Christi contineat, non ignorat. De ignotis enim quis judicabit? quod si dicunt, cunctem se intelligere, quem nos rationalem diximus: tum veram esse illorum explicationem negamus. Neque enim Apostolus ait, Φυσικὸς naturalis, neque λογικὸς rationalis; sed ψυχικὸς animalis, ab anima, non ab animali deducta voce. De naturali jam vidimus. λογικὸς, seu ratione bene utens est, qui considerata hominis præ cæteris rebus excellentia decorum perpetuò spectat, & id, quod verum honestumque est, amat, quantumque ejus agnoscit, sequitur. Eiusmodi homo, si de verbo Dei nunquam quicquid audivit,

G ij na-

naturalis quidem est, at non animalis. Animalem enim esse hominem in vicio ponitur. At ex naturalibus principiis, si alia non habeas, veritatem & honestatem querere, tamque sequi, vitiosum non est. Deinde animali homini stultitia est veritas Euangelica. At illi qui de ea nihil unquam audivit, stultitia esse nequit. Nihil enim de ea judicat: quandoquidem, an existet ignorat. Vnde constat animalem hominem non esse cundem, qui naturalis dicitur. Naturalis enim ante auditum Dei verbum est. At si quis animalis sit, ut post auditum Dei verbum deum fiat, necesse est. Sed & eandem ob causam animalis homo non est idem, qui rationalis. Is enim non tantum, ut animalis, post auditum Dei verbum

bum est ; sed & jam ante, dum adhuc naturalis esset homo, fuit. Et posteaquam audivit Euangelium, non stultitia ipsi est ; sed summa potius sapientia. Eam enim sibi revelari videt felicitatem, quam animo quidem suo desiderabat : nec tamen invenire poterat ; immortalitatem nimirum, & vitam in cœlestibus semperiternam : Ejusque rei, quum antea nulla haberet, certissima videt principia, quæ non possunt non esse rem ipsam cupienti longè gratissima. Videt præterea eam honestatis præscribirationem, quæ & sanctissima sit, & proinde Deo, hominibusque cordatis acceptissima. Videt quidem etiam mundum esse spernendum, & calamitates perferendas : Verum minora ista ob majus bonum consequen-

dum impendere justum equumque ducet. Itaque tantum abest, ut repudiet, ut ipsa potius ratio ad veritatem Euangelii amplexandam maximè sollicitet. Quod si vero quisquam animalis fiat, Euangeliumque stultitiam putet: is jam rationalis esse desinit. Minus enim bonum majori præfert: Id quod sancta rationis iudicio repugnat. Quare, ut tandem hunc locum concludamus. Animalis homo est qui mundum hunc sapit, & sapientiam hujus mundi sequitur; qui que etiam si cæteroqui turpe aliquid & inhonestum facere videri nolit: si tamen id vel clam fieri possit; vel ad divitias, honores, aliaque, quæ mundus putat bona, provehat, id sibi permettere turpe non dicit. Stultum autem existimat esse, ob

vitæ

vitæ futuræ bona præsentibus
se se exuere. Hæc verò mundi
sapientia meritò stultitia Deo
est. Verum quid hoc ad ratio-
nem? Quanquam et si hæc omnia
rationem ipsam attingerent, no-
stram tamen, uti docebamus,
sententiam minimè labefactent:
Neque enim illud, quod de ani-
mali homine dicitur, cum non
capere, quæ sunt Spiritus Dei,
cum habet sensum, quod non
possit percipere aut intelligere
eius mentem, & quid sibi velit.
Hoc enim illi repugnat, quod
stultitiam esse judicet. Ergo
ut cognoverit, necesse est. Non
capere ergo est, non admittere,
non approbare, non accipere.
Hinc autem non sequitur, si ap-
probare non possit, quod cog-
noscere nequeat. Nam &c, quæ
quis odit & aversatur, cognosce-

re tamen , & dijudicare potest.
Quin imo non potest quisquam
quicquam odiſſe , nisi id aliqua
ratione cognovit. Iudicium
enim intellectus amor & odium
demum sequitur. Si intellectu
judicem rem esse bonam: amo.
Si malum: odi. Sic hostis ho-
 stem : sic alter alterius senten-
 tiam odit & improbat : quia il-
 lam falsam ; istum hostem esse
 cognovit: tantum abest, ut cog-
 noscere non possis , quod im-
 probas. **Quod si vero eo sen-**
su res sacras contra rationem ei-
se afferant, quod illæ cognoscere
volentem lædant ac destruant,
 secundum illud , **Scrutator ma-**
jestatis opprimetur à gloria (quem-
 admodum sol intuentium ocu-
 los perstringit : & ignis tan-
 gentium manus adurit) cum pri-
 mum id non nisi in imprudenti-

bus & inconsideratis locum habebit. Etenim & ignem forcipe non incommodè tractamus: Et solem, qui media adhibent, quibus vis radiorum ejus declinetur, innoxie intuentur. Adhibeantur ergo & adres divinas cognoscendas media seu principia, tum in natura recondita, tum in scriptura revelata: & nihil metuendum erit periculi. Deinde quid est in rebus sacris, quæ quidem à nobis cognoscenda sunt, quæque in controversias, de quibus dijudicandis sermo est, veniunt, quod rationem corruptat? Si ipsam Dei majestatem ac naturam objicias: nihil agis. Nam primum, et si id à nobis omnino requiritur, ut Deum ejusque filium cognoscamus: non est tamen illa cognitio essentię aut

naturæ divinæ, sed voluntatis: id est promissorum & præceptorum. Cognitio enim intelligitur efficax, seu cum effectu suo conjuncta, per metonymiam quandam syncdochicam, sacris litteris satis usitatam. Efficax autem cognitio non potest esse Naturæ Dei & Christi: Quid enim hinc efficiendum discitur? Voluntatis autem cognitio ad effectum deduci potest. Ut enim promissis potiamur, præceptis obtemperare studemus. Accedere ipsis aliquid potest ex vera Naturæ Dei Christi- que cognitione: per se tamen, & sine ipsis ea non sufficit. Deinde, quatenus revelata nobis est natura Dei ac Christi, rationem nostram cognita non laedit; sed acutiorē ac subtiliorem reddit. Si vero quisquam scruta-

tarī

tari ea vellet , quæ revelata non sunt: in illum forte verba è Salomonis adducta torqueri possent. **Quanquam** in Hebreo aliter sonant: nempe *investigatis gloriae illorum glorie:* quæ alium omnino sensum habere possunt. **Quæ** autem de natura Dei Christi sicut diximus , sunt generis ejus , quod positum in una re transferri per reliquias , quæ ad theologiam pertinent , debet. Denique si illud i sibi velint , quod rationis iudicium seu sententia à ratione latet repugnet seu contradicat sententiis sacris seu theologicis (Vt: ratio concludit , unum esse Deum rationatum personæ, tum essentiaz; quia persona nihil est aliud , quam essentia una , seu individua intelligentis. At Theologia dicitur esse personas in una essentia)

ria. Idem in incarnationis, unionis hypostaticæ & sacramentalis, Transsubstantiationisque mysterio fieri videmus. Sic scriptura dicit, Mariam Virginem peperisse, aquam in vinum convertam, fertum nataisse & innumera alia, quæ ratio impossibilia esse dicit: Si hoc, inquam, illi volunt) tum primum aliud esse rationem; aliud rationis sententiam seu judicium jam ante indicavimus. Illa enim causa: hoc effectum est. Potest autem aliquid contrarium esse effectui, quod causæ tamen non repugnat. Ratio enim judicare nihil potest, nisi principia habeat. Principia autem quædam sunt rebus tam divinis, quam naturalibus communia: quædam vel his vel illis propria. Illius generis sa-

cta scriptura continentur: hęc Physica, mathematica, politica, œconomica appellantur. Communia illa scripturæ contradicere nequeunt: Illis enim ea subordinata est. Ergo nec illud quod recte inde ratio colligit, multò minus, quod ex ipsa etiam scriptura concludit. Nec potro principia rerum naturalium scripturę contraria sunt, si in circulo suo naturali manent. Si ratio ex principiis Physicis concludit, non posse virginem Physicę seu naturaliter parere, nec aquam in vinum naturaliter converti, nec ferrum natare naturaliter: non contradicit scripturæ. Neque enim ea id omne naturaliter, sed supernaturaliter, seu divina virtute factū esse afferit. Et ut ut hic illa esset contrarietas, quam nullam esse altero libro fu-

fusius docebimus: non esset tam
men dicendum, contra ratio-
nem pugnare scripturam, sed
contra naturam, aut principia
naturalia. Hæc autem non sunt
ipsa ratio. Evidet, si con-
cluderit ratio, impossibilia esse
ista, non tantum naturaliter,
sed & supernaturaliter, & quod
ne divina quidem virtute fieri
queant: tum verò scripturæ
contradiceret. At ejusmodi
conclusio non rationis sanx,
sed Satanae suggestio est. Sa-
na enim ratio è majore caussa
majores prodire effectus posse
colligit. Quum ergo divina
vis vi naturali major sit: & effe-
ctus naturalibus majores inde
prodire posse concludit. Satis
ergo ex dictis manifestum est,
non rectè res divinas contra ra-
tionem esse assiri. Mitiores
illi

illi sunt, qui nobiscum contra rationem esse res sacras negant quidem; sed tamen supra eam esse contendunt. Veruntamen & iidem vel à vero deficiunt: vel si quid veri dicunt, id nostram sententiam minime labefactat. Quid enim sibi volunt, dum res fidei seu divinas supra rationem esse pronunciant? An quod sine prævia revelatione divina, quæ sacris litteris continetur, excogitare & inventire res istas ratio nequeat? Hoc si volunt: primum non divinatantum, sed & humana, seu naturalia supra rationem esse dicendum erit. Nam nec ipsa vel sine rerum ipsarum intuitu & observatione; vel sine principiis è natura rerum sive omnium sive certi generis desumptis, inventis aut excogitatis potest ratio.

Removeatur infans ab omni hominum consortio, includatur loco angusto & tenebricoso, ubi nihil vel audiat, vel videat earum rerum, quæ in mundo sunt aut geruntur: nec physicam ille, nec mathesin, nec politicam, nec aliā aliquā disciplinā conscribet, qua rerū naturaliū scientia continetur. An ergo & ista supratrationem sunt? Quis eam loquendi rationem non ineptam esse dixerit? Deinde simpliciter admittendum non est, quod res sacrae sine prævia scriptura sacra cognosci dijudicative nequeant. Quandoquidem non pauca sunt, quæ ad Theologiam pertinent, & inter res sacras locum non postremum obtinent; quæ tamen è philosophicis principijs èque consideratione rerum naturalium & humanarum

cognosci queunt. Qualia sunt, quæ de Deo, de ejus sapientia, justitia, potentia, deque nostro officio, pietate, justitia, modestia, castitatem, & similibus Theologia naturalis disputat. Reliqua quæ sine sacra scriptura sciri nequeunt, qualia sunt, quæ de Christo, de resuscitatione à mortuis, & id genus aliis theologia revelata tradit: potius supra naturam seu philosophiam, quam supra rationem esse dicenda sunt. Denique quicquid sit; quod illi volunt, hinc non sequitur. Esto enim, non possit sine scriptura Theologicas controversias dijudicare ratio: Sufficit, si ex scriptura possit, posteaquam ejus lectione & consideratione illustrata & informata fuerit. Nam hoc demum est, quod nos quærimus, proptercaque rationem.

ad scripturam sacrā, tanquam ad Normam seu ad principia Theologica adstrinximus. At hoc ipsum, inquis, illi inficiantur, statuuntque, ne quidem si scripturam sequi ducem velit ratio, eam res sacras posse percipere. Verum enim verò si id de perfecta & omnibus numeris absoluta cognitione intelligunt: nihil inde adversus nostram sententiam colligent: nisi eadem opera nec fidem, nec Spiritum Sanctum, nec Ecclesiam, nec Papam, nec scripturam controversiarum fidei judicem esse, concludere voluerint. Etenim perfecta illa cognitio in hac vita nemini plane data est. *Videamus nunc*, inquit Apostolus, per Speculum in enigmate: tunc autem à facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut

*1. Cor.
13:12.*

Ecognitus sum. Deinde etiam res naturales hoc modo supra rationem esse dicendæ sunt. **Q**uis enim est hominum, qui perfectam omnium rerum naturalium cognitionem vel consequatus sit unquam; vel consequi possit? At si de ejusmodi id cognitione intelligitur, quæ ad salutem vel nostram vel aliorum promovendam sufficit: jam proximè præcedente capite eos refutavimus. Docuimus enim rationem sanam ad ejusmodi cognitionem sufficere. Inde apparet, eam illius captum nequaquam transcendere. Non desunt tamen, qui & h̄c contrarium probare conantur. Etenim sunt, qui, quæ de miraculis in scriptura commemoratis antea diximus, referunt, quod h̄c talia, ut ut revelata sint, ratio tamen capite

ne-

nequeat. Sunt alii, qui Deum resque divinas omnes augustiores esse contendunt, quam ut ratio illas possit etiā ex scriptura cognoscere: quod ratio non nisi per species ab objecto conceptas intelligat; at Deus, resque divinæ per nullas species rationi representari possunt. Nec enim videri possunt, nec quicquam iis est simile, ut inde earum imago desumi possit: atque ut ut aliquid concipiās; non erit tamen adæquatus rei ipsi conceptus, adeoque nec verus. Veritas enim conceptus est adæquatio rei cum intellectu. Sed non efficiunt tamen illa, quo minus sententia nostra vera sit. Etenim quod ad miracula attinet à scriptura commemorata, ea supra naturam esse cognoscimus. Supra rationem tum

demum esse dabimus, quum scripturam supra rationis captum esse demonstratum fuerit.

Quantum enim de miraculis scriptura revelavit: tantum intelligi potest. Quod revelatum non est, id ut intelligatur, minime opus est. In altera vero obiectione multa sumuntur, quæ concedi necesse non est. Primum rationem non nisi per species ab objecto desumptas intelligere, falsum est. Quæ enim alioqui causarum, effectorum, subjectorum, adjunctorum, substantiarum, accidentis, relationis, figuris, caloris, virtutis, vitiique, aliarumque rerum in genere consideratarum species esse possent? Eas enim nemo unquam vidit. Ergo nec species abillis desumptæ rationi offerti possunt. Et ratio tamen eas intelligi-

telligit. Nimirum & ratiocinatione ex principiis certis , & comparatione cum rebus aliis varias sibi ratio species formare potest : etiamsi nunquam objetum in sensus incurrit. Ita ideam potest quisquam concipere viri boni , bene constitutę Reipub. aliarumque rerum, etiamsi eas nunquam vidi vel audivit. Comparatio autem illa cum rebus aliis non est necesse , ut sit planè similiūm, aut parium : potest esse & dissimiliūm & imparium ; quomodo res invisibiles, Spiritum, intellectum, animam aliaque similia concipiuntur. Atque id in divinis fieri ex rerum naturalium consideratione etiam à Scholasticis observatum est. Triplicem enim illi Deum cognoscendi viam tradiderunt: Causalitatis, Perfectionis,

Re-

Remotionis. Viam caussalitatis dixerunt, quam nos sūb ratiocinatione ex certis principiis complexi sumus: quum ratio agnoscit res naturales, & exinde colligit harum & caussam, & rectorem esse, quem appéllamus Deum: eumque esse potentem, sapientem, justum, & porro nobis colendum: quæque sunt hujus generis alia. Via perfectionis est, quam diximus comparationem imparium, minorum nempe & majorum: quando quicquid perfectionis in naturilibus reperitur, id eminentiori modo in Deo esse intelligitur. Via denique remotionis est, quam ex comparatione dissimilium duximus: quâ quicquid imperfectionis in rebus naturalibus deprehenditur, id à Deo removetur. Quod si vero id fieri

fieri potest vi rationis, ex intuitu rerum naturalium : quanto magis ex consideratione divinæ relationis in sacris literis comprehensa! Si id locum habet in Deo ipso cognoscendo: quanto magis in rebus aliis sacris , seu ad theologiam ac religionem pertinentibus , quæ Deus ipse non sunt. Majorem enim istæ cum illis , quæ sui nobis affectunt species , quam Deus convenientiam habent. Atque hinc etiam appareat, admittendum non esse illud , quod adversariorum ratiocinatio fundamenti loco collocare videtur. Nam quod species intelligibilis ab essentiali forma Dei desumpta esse perpetuo debeat , id nec in rebus quidem corporalibus ubique locum habet. Sæpe à figura externa: sæpe ab aliis acci-

cidentibus desumitur. Perfectior quidem est cognitio, qua ex specie formæ essentialis habetur. Sed tamen qua imperfectior est, neque nulla, neque falsa est. Neque obstat, quod imperfectio non sit adæquata perfectioni. Etenim adæquatio illa sci & intellectus nostri, qua ad conceptum nostrorum veritatem requiritur, non eò usque extendi debet, ut perfectionem in sece comprehendat, imperfectiōneque omnē excludat; aliquā in paucissima etiam ex rebus naturalibus, ratio cognosceret. Et quotus quaque quisque parentum suos liberos, liberorum suis parenes, fratum suis fratres ac sorores, magistrorum subditos, subditorum magistratus, vicinum vicinos suos nosset. Nisi enim sufficit ad veritatem

H

cog-

cognitionis ejusmodi conceptum nostrorum cum re ipsa convenientia, quam nihil intellectui representetur; quod in se ipsa non sit: nihilque quod insit, negetur. Quod si plura sint in re, quam per speciem afferuntur: imperfecta quidem species est, sed tamen hactenus adæquata seu conveniens, & proinde non falsa. At, inquis, falsus est conceptus, qui alias est, atque res ipsa est. Si autem res ipsa perfecta est; conceptus autem imperfectus: alias utique est, & proinde falsus. Respondet: Ille demum conceptus falsus est, qui ita est alias, ut vel aliquid ponat, quod rei non insit; vel tollat aut neget, quod insit. Ut si quis equum pro libro, panem pro homine, ægrotum pro sano, sub ista formali ratione concipiatur.

piat. At de imperfecto conceptu neutrum istorum dicere potest. Quicquid enim rei inesse ponit, id revera inest. Et utut plura alia insint, quae non representant, ea tamen nec tollit, nec inesse negat, sed tantum omittit, seu non concipit. Itaque eo modo aliis dici nequit, ut falsus sit. Imò ob id ipsum verus est imperfectus concepius; quia perfectus verus esset. Imperfectum enim pars perfecti est. Si ergo totum est: partem etiam esse non est dubitandum. Quod si vero quisquam conceptum imperfectum tanquam perfectum venditaret, & hoc tantum, quod concepit, rei inesse pronunciaret, negans interim alia plura inesse, aut contrarium ponens: ejus conceptus non imperfectus esset; sed plane

alius generis, & proinde falsus; Idque ob id ipsum, quia perfectior verus esset. Pars enim non est integrum. Quemadmodum si quis equum conciperet pedes album, quam totus alias albus esset: vel negaret ille reliquum equi corpus album esse, vel non negaret, ignorans scilicet, aut non concipiens reliqui corporis colorem. Si illud: falsus conceptus esset. Totus enim equus albus est: ergo non tantum pedes. Si istud: imperfectus & verus conceptus esset. Totus enim equus albus est. Ergo & pedes. Itaque & imperfectus conceptus verus esse potest: Neque propterea negandum, rationem res sacras posse concipere: quod perfectè concipere nequeat. Patet ergo, nec supra acccontrationem esse, quæ in

sacris literis nobis cognoscenda proponuntur: ut frustra omnino sint, qui inde probare conantur, rationem non posse controver- sarum fiduci judicem esse.

Capit. V. I.

De Errore Rationis.

Deduxit nos ordo paulo
ante constitutus ad na-
turam rationis penitus
inspiciendam. Eam au-
tem inde ineptam esse ad susti-
nendum judicis munus arguunt,
quod tam erroribus obnoxia-
tum nimis corrupta ac deperdi-
ta sit. Et primum quidem ex-
eo, quia errare ac falli in iudicio
potest ratio, nullam colligunt
superesse certitudinem, adeoque
nec fidem: verum in perpetua

dubitacione hominem relinqui, aut saltem in meram opinionem abire, quicquid fidei aut certitudinis nomine venditerur; siquidem rationi committatur judicium. Cujusque enim rationem falli posse manifestum est. Inde ergo credere debes, fieri posse, ut fallaris & erres: idque non in futurum tantum; sed & hoc ipso tempore. Neque enim ullum, saltem haud certum tempus est, quo falli homo non possit. At fidei certitudo requirit, ut credas fieri non posse, ut modò seu in re ista, quæ præmanibus est, fallaris, seu erres. Hæc enim fidei certitudinisque natura est. Fieri autem posse, & non posse, ut erres, sunt contradictoria: adeoque si illud ponatur, hoc tollendum fuerit. Ponitur autem illud prius, dum suum cui-

que iudicium sufficere in rebus ad salutem necessariis statuitur. Itaque posterius; & porrò fides ejusque certitudo omnis evertetur. Hoc autem quin longè sit absurdissimum: rationis cuiusque iudicium non sufficere concordendum erit. Ita quidem sibi. Sed primum possemus ad Baronium & Lactantium huiusmodi argumentatorem rejiciere ut ab illis solutionem huius ius argumentum poteret. Hic siem, ut vidimus, rationem constituerunt iudicem. Ne de Deo & Prophetis ejus, deque Christo, ejusque Apostolis, quorum declaraciones sententias adduximus, nunc quicquam dicamus. Ergo aut rationis imbecillitatem eos ignorasse; aut eorum iudicio infirmam esse rationem tuam agnosces. Dicinde:
Huius quid

quid si tibi adversaretur ea ob-
jectio? Nonne tibi de ejus so-
lutione seriò cogitandum esset?
In te ipsius idem telum retor-
quebimus. Quarto enim ex te,
quisquis ad hunc argumentaris
modum: certus sis de ratio-
nationis istius tuae bonitate; an-
fluctuus? certum te esse, haud
dubie dices. Alioqui enim quid-
me vis illi credere, cui tu ipse si-
dem non habes? At unde certus
es? Pontificisne Romani, y an
tuo ipsis, seu rationis tuae judi-
cio? Si illud, quo judice certus
es, Romanum Pontificem recte
judicato? An quia supremum
Ecclesia caput esse, & ab errore
immanem ex sacris literis ratio-
tua judicas? At falli rationis tuae
judicium potest. Quod ergo ju-
dice certus es, Romanum Pon-
tificem esse caput Ecclesie, cum-

que in sacris litteris ab errore
immunem pronuncjari? Hunc
denique, non alium esse Roma-
num Pontificem? Si rufus ad
Papam configuias; per circulum
non unum miser obterabis.
Quicquid hic dicit, certum est:
Quia est Pontifex Romanus &
caput Ecclesiaz. Esse autem hanc
Romanum Pontificem, Ecclesi-
aque caput: & præterea, quic-
quid Romanus Pontifex, aut
Ecclesiaz caput dicit, id omnino
certum esse; id totum inde pro-
batut: quod id omne dicit: quic-
quid autem ipse dicit certum est,
En redimus, unde egressi era-
mus. Itaque ut rationis tuae
judicio certum te esse dicas, ne-
cessere est. At falli rationis tuae
judicium potest. **Quid** si ergo
& hic fallatur? ubi igitur fi-
des? ubi certitudo tua de hac

ipsa ratiocinatione? Nec est quod dicas, rationis tuę judicium Pontificis maximi judicio, ne fallatur, sustineri. Etenim ad eosdem in idem recurrentes circulos, quos de Papæ judicio modò vidimus, res redibit tamen. Neque evaseris, etiamsi ad Spiritus Sancti judicium provoces. In eandem enim te orbitam, quam supra vidimus, cum Parço Becanus tuus circumducet. Sed esto: sive tu dubites: sive undecunque certus sis: quid ista apud me ratiocinatione queris? Nonne ut & ego, quæ concludis, juxta tecum approbem? At cuius judicio? Papæ ne, an meo ipsius? Si Papæ, ineptus es. Ejus enim ut sequar judicium, obstrictum me, ut nosti, minimè credo. Imò ut crederem, hac ipsa ratiocinatione ex parte

volesas efficere. Nonne ergo
iterum ap̄ erroris me abducet
circulum? Pap̄⁹ iudicio standum
est: quia alijs nulla erit fides cer-
ta. Hoc probatur; quia ita judi-
cat Papa. Consequentia ratio
est: quia Pap̄⁹ iudicio standum
est. Atque inde egressi eramus.
Itaque necesse est, ut aut me
ipsius seu rationis meæ iudicia
tuam istam rationcinationem sub-
jicias; aut Spiritu S. me prædi-
tum dicas, quod recte dijudicari,
quod objicis, possim. At hoc
mihi tu haud facile concedes.
Si vero ea rationis iudicio certi-
tudo consistere nequit: qui cer-
tus esse potero, utrum recte, ap-
secus colligas. Vides igitur, quo
te jugulari gladio.. Sed nisi ob-
tusum sit istud telum, altius me-
tuerendum est vulnus, non nobis
solùm, adversario nostro; sed

& omnibus in universum Christianis: imo omnibus quamcumque religionem, aut cuiusque tandem rei scientiam aliquam profitentibus. Neque enim Pythagoricam tantum, & plusquam Academicam dubitationem, sed &c, quod horrendum, Atheismum plenis velis inducit. Quid enim? Detum esse, ejusque cultum aliquem, sacrâ religionem: citius nisi rationis nostræ judicio constat? Ecclesiæ enim Romanique Pontificis iudicium cuius ille æstimabit, qui vel Deum religionemque ullam esse negat, vel saltem non credit? Etenim, si quam illa auctoritatem habent: non nisi à Deo religioneque habent. Tolle Deum: ubi religio? ubi Ecclesia? ubi Pontifex locum habebit? Tantum abest ut vel Ecclesiæ, vel Pon-

Pontificis judicio religio fidesque, qua Deus esse creditur, initatur. Ad Spiritus Sancti judicium si quis confugere velit. Parati Circulum cogiter. Restat ergo privatum rationis cuiusque judicium. At falli id potest. Itaque de Deo, deque religione nulla fides, nulla certudo erit. Eritque nihil aliud, quam suavis quædam opinio, quicquid de Deo ejusque cultu credis. De sciontis res pariter manifesta est. Cujus enim nisi rationis tuz judicio, scis veram esse, quod scire te arbitraris? Apud omnes in confessu est, universam philosophiam non nisi rationis judicio subjectum esse. Nec auditu unquam, alium aliquem judicem publicu, qui ab omni plane errore immunitus esset, vel à quoquam experitum, vel cuiquam datum esse.

esse. Et ne quidem dari potuit. Quod si ergo, quia inabscille & errori obnoxium est, rationis nostræ judicium, nulla esse certitudo potest : nulla restabit omnino scientia : sed perpetuò dubitandum erit, an bis duò sint quatuor? an centrum sit in circuitu medio? an tres anguli in quovis triangulo sint & quales duobus rectis? an totum majus sua parte? an quicquid affirmatur negatur de genere, idem etiam de speciebus omnibus affirmandum negandumve sit? et quæ sunt alia hujus generis quam plurima. Verum ulterius etiam, nisi caeroris, hoc malum serpet. Nemo enim negare potest, & sensus nostros falli posse. Dacet quidem Philosophus, sensus circa proprium objectum non decipi: nimicum quod sit color; vel quod sit

sit sonus. At in eo tamen, quid sit, quod coloratum est, vel ubi, aut quid sit quod sonat, aut ubi sit, decipi posse concedit. Et certe, circa proprium etiam objectum sensus errare posse, nimis manifestum est. Si enim organum sit laesum, nec recte dispositum, aut defectu aliquo laborete, error facile contingit. Sic febricitantium gustui dulcia videntur amara, & ictericis omnia flava sunt. Sic ebrii duplum vident, & qui nave vehuntur, iis littus moveri, navis stator videtur. Deinde erratur facile, si medium scese legitimè non habeat. Sic Sol oriens rubicundus, & major appetet. Ita per vitrum coloratum res eodem colore infecte videntur: & perspicillum literas majores exhibet. Erratur porro facile, si legitima non sit distantia,

stantia. Non vides, quod ipsis oculis plane imponitur, sique justo longius absit, corpus quadratum ob angulos evanescenes rotundum apparet, longeque minus, quam re ipsa est. Præterea, nisi justus sit objecti-
 fatus: nisi mora sit aliqua: nisi animus denique attendat, nihil facilius est quam falli sensus. Fieri autem facile potest, ut ex enumeratis aliquid deſit. Neque enim necesse ad errorem pariendum simul in omnibus esse vitiam. Vnus etiam defectus sufficit. Quis autem de singulis te certum reddet perpetuod? Itaque ut ut modò te vigilare, videre, legere existimes: certus esse nequaquam poteris. Vides, cordate lector, quod te ista adversus nos producta ratiocinatio ducat. Et id ipsum fusi-


us explicare debuimus : Non quidē quod adversarios nostros id totum, quod ista secum, si firma effet, ratiocinatio trahat, datā operā inductum omninoque religionem, omnem scientiam ac certitudinem evenīsum ite existimemus. Quantum ita ipsorum comparata sit religio, ut si quis ultra vulgus sapiat, & serio consideret, non possit non vel hereticus, ut illi appellant, vel atheistus fieri. Si enim Deus est, qui curam gerit rerum humanarum: certe illa non potest esse vera religio. Hinc hereticus. Quod si quis à posteriori incipiatur : si non est alia, præter pontificiā, religio : sequitur Deū, qui humana curat, nullum esse. Atque inde fit Atheus. Vnde quisque suspicari posset, eos, quæ diximus, ista ratiocinazione

tione omnino quæcres: qua de re ipsi viderint. Nos imprudenter ipsorum hoc totum adscribere malumus, adeoque monemus & ipsos, & quosvis alios, non tantum, ne isti argumentationi quicquam tribuendum poterit, neque adversus nos eam urgeant. Verum etiā, ut qua ratione vis ejus infringi, & infirmitas cuivis luculenter ostendi queat, ipsi nobiscum dispiciantur. Si enim ea absurdala sunt, quæ in deducuntur (ut quidem absurdissima esse quivis cordatus factetur) jam ipsam ratiocinationem non recte constitutam esse oportet. Sed ubi est vitium? Hoc opus, hic labor erit adversariis nostris, nisi vineta sua cedere velint. Nos in eo esse existimamus, quod tum de certius dñe, tum de rationis, sensuum-

que

que nostrorum imbecillitate dictum est. Et ad certitudinem quidem quod attinet, dubitatio- ni ea opponitur. Itaque ubi- cunque dubitatio locum non habet: ibi certitudo erit. Sermo autem est de re certitudinis du- bitationisve capace. Dubita- tio vero tum est, quum in utrā- que partem æque prægnantes sive re ipsa sunt, sive esse viden- tur rationes: ut quod re vertere de- bes vel nullo modo vel æque saltem appareat. **Quemadmo-**
dum si statera ad ponderum in
utrāque B & C positoru æqua-
litatem in æquilibro A subsistit;
nec vel huic vel illi parti aiiuit.
Ergo quamprimum alterius
pactis rationes præponderant,
certitudo est & animus extra du-
bitationem positus. Quemadmo-
dum stateta I. si Graveti E

gra-



gravius sit , statera V est extra
æquilibrium. Vnde quæ sit cer-
titudinis natura, nullo negotio
colligi poterit. Primo enim hic
iquid cernitur, non in puncto
consistere certitudinem; sed su-
am habere latitudinem gradus-
que distinctos. Quis enim non
videt, multum scilicet spaciū in-

ter B A, & C H? Quare ut non
cum demum altera linea prepon-
derat, si ex C. in H deprimatur;
altera vero in A elevetur; state-
taque sit linea C: ita certi & ex-
tra dubitationem non cum de-
mum sumus, quum alterius parti-
tiones assensum nostru veluti
ex C ab H deprimant; alterius
ex B in A elevant (id quod fit, si
illa firmissima; haec nullius sunt
ponderis). Sed etiam si inter C
& H, vel B & H, sive in E aut G;
sive in M aut K, sive in N aut L;
sive in intermodiis denique spa-
tiis: assensus ille noster subsistat.
Id quod fit, si hujus partis ratio-
nes aliquius tamen sunt ponde-
ris; licet illis non respondeant.
Quin etiam dubitamus, non in
puncto dubitationem consistere,
sed latitudinem habere suam: ut
ac quidem linea I aut V, extra
equi-

æquilibrium esse; nec G. aut E.
 præponderare dicatur. At in K.
 & M: at in L & N præponderat!
Quid: densur triginta gradus
 quadrantis dubitationi, restabunt
 sexaginta certitudinis: quibus sin-
 gulis extra dubitationem sum-
 positus. Deinde & hoc ex dictis
 patet: summum certitudinis gra-
 dum non illum tantum esse,
 quum nullæ plane pro adversa
 parte sunt rationes; Verum eti-
 am, quum sunt quidem, & per se
 etiam considerata non contem-
 nenda, sed tamen quæ cum alte-
 rijs partis rationibus non sunt
 conferendæ. Quemadmodum
 lancem alteram libra integra in
 H. deprimit, non tantum si in al-
 terâ parte nihil sit positum, aut
 drachma una atque altera; sed
 etiam licet aliquot unciaæ sint,
 pauciores tamen, quam quæ li-
 bram

bram dimovere, aut ex imo H
antollere queant. Apparet hinc
præterea, certitudinem esse ex
tationum seu argumentorum al-
terius partis præ altera, ut sic di-
cam, pondere, id est, concluden-
di necessitate. Etsi enim & mul-
titudo non paquim valet, per se
tamen haud quidquam efficit: ni-
si singulis aliqua gravitas seu
probandi vis insit. Etenim tunc
demum, ut in exercitu, quæ non
profunt singula, multa juvant.
Cæteroqui vel una etiam ratio
firmiter concludens longe plus
valet, quam ingens infirmarum
numerus. Quid vero cum frē,
si singulæ ad eō firmæ sint, ut per
se etiam sine aliis sufficere pos-
sent? Quocirca si ex alterâ par-
te rationes sint sive plures sive
pauciores, at graviores certè,
id est, firmius concludentes: jam

certus potest esse animus. Ut ut ex alterâ parte, non pauciores immo & plures sint; modo ne tanta in illis sit concludendi necessitas: nequaquam certitudinem evertere, animumque reddere dubium queunt. Id equidem haud negaverim, fieri posse, quin etiam sepiissime, nec male fieri: ut qui hujus partis rationibus certus sit redditus; tamen vel alterius partis rationes se auditurum, melioraque docentia cessurum sese asserat, vel usque dum alterius partis rationes examinaverit, assensum suspendat. At neutrini ex dubitatione est protinus aut animi incertitudine. Sed tantum ex aequitatis ac justitiae; immo & ex veritatis & majoris certitudinis studio. Et illud quidem in supremo etiam certitudinis gradu locum habet

habet: Hoc verò in inferioribus tantum gradibus contingere potest: Vnumque autem nunc magis, nunc minus, prout rationes adversæ partis comparatae sunt. Etenim duum in universum rationes sunt generum: Quædam speciales; quædam generaliores. Illæ, quæ rei subjecti sunt propriæ; & plerumque sunt fortiores, tum per se, quod proprius rem contingant. Tum quod generalis illis pondus suū addant. Generalis autem desumptæ sunt tum ex rationis sensuumque nostrorum imbecillitate: tum ex aliorum non paucorum exemplis, qui ut ut certissime severitatem tenere persuasum haberent, nihilominus falsi fuerint. Itaque si speciales sint adversarii rationes, fieri aliquando potest, ut animus hærcat, & de carum solu-

tione sit sollicitus. At si genera-
les tantum illę sint: nihil move-
bitur, modò eam adhibuerit di-
ligenſiam, quę ab homine cor-
dato & veritatis studioſo requiri
potest, sitque insuper pietatis &
innocentię amans, diviniqüe spi-
ritus auxilium seriò imploret.
Hęc talia enim aut eorum ali-
quid istis exemplis, quę comine-
morata sunt, defuisse censendum
est. De imbecillitate verò ratio-
nis, sensuumque nunc porro ex-
plicandum est. Dicimus ergo,
non in omnibus falli rationem
sensusque nostros posse: Et ubi
potest, non perpetuo tantam
esse imbecillitatem, ut nihil cer-
titudinis sit reliquum. Falli cer-
te sensus nostros non posse, si o-
mnes erroris caussę sint remotę,
adversarii ipsi concedant necesse
est. Non potest autem fieri, quin,
si

si hoc ipsum ageres, diligentiamque adhiberes, errorem aut impedimentum, errorisve caussam, si esset, animadverteres. Neque credendum est ullo modo, omnes homines, in re eadem, eodem plane modo simul errare. Quero enim ex te lector, mortuusne sis, an vivas? vigilesne, an dormias? legas, an ares? librum ne, an pennam? manibusne, an pedibus teneas? scis te sanum esse, Nec enim ullos sentis dolores. Et ut alias, ita nunc quoque negotia tua prompta exequi valles. Medium visus est, aer, ut solet, temperatus & lucidus. Distantia justa est, situs moraque justa. Animus quoque attendit. Quin magis attendat, tentetque idem per diversa media, distancias, situsque & moram segniora. Eodem tamen modo te li-

brum manibus tenere ac legere
judicabis. **Quî** hic falli posses?
Quod si verò tibi ipsi non cre-
dis, aut aliis pervicacior nega-
verit: **Cajum**, **Titium**, **Sejum**,
Sempronicum, **Hermachū**, **Cal-**
liam aliosque quotquot, quo-
que volueris adi: & quid te age-
re censeant, ex singulis seorsim
quære. **Quacunque** tandem lin-
guâ utantur; quocunque etiam
appellabunt nomine: id te agere
dicent, quod latinis est legere.
Qui autem fieri posset, ut hi o-
mnes nihil antea moniti, & co-
dem quidem modo, in re adeò
manifesta errarent? Si quisque
flagris cæderetur continue: pos-
se ne, num vapulet, ambigere?
Si in ignem conjiceretur: pos-
se ne, num is urat, dubitare? Si ma-
nus pedesque amputarentur: pos-
setne le saucium esse inficiari?

Pa-

Pater ergo manifeste, non perpetuo errori obnoxium esse sensuum nostrorum judicium. Quod ad rationem attinet, falli ea non potest in primis illis principiis: quod nihil simul sit & non sit: quod causa effecto prior: quod integrum membro majus, & quæ sunt ejus generis quam plurima. Falli non potest in generali ratiocinationis modo: quod ab universalis ad particulae legitima sit collectio; quod ex metis particularibus, negativisque nihil necessario concludatur: & quæ sunt similia. Falli non potest in Mathematicis illis: quod bis duo sint quatuor: quod equalibus addita inæqualia faciant inæqualia: quod hypotenusa sua latera, seu secans radium tangentemque, aut radius finum rectum & complementi possit: & quæ sunt sex-

centa alia. In his talibus, inquā, falli ratio nullo modo potest, adeoque tanta hic judici certitudo est, ut non tantum nihil in contrariam partem, quod quidem alicujus momenti sit, objici possit; sed ut hæc ipsa rationibus confirmare plane necesse non sit. Extemplo enim quamprimum intelligit animus, etiam sine hæsitatione, approbat. De rebus Physicis, Moralibus, ac Theologicis quid dicemus? Fallit etiam in eo potest ratio nostra, quod lucente sole diem esse iudicat? hyeme rosas non nasci? omnia propter finem agere? tandem deveniendum ad summum aliquem rectorem, qui finem singularis prescripsit, ad eumque dirigit, quē Deum appellant? finem non nisi bonum esse? media ad bonum finem non malefacta, sed

vir-

virtutes esse? si Deus sit, qui res humanas curet: enim esse æternū, sapientem, potentem, justum: adeoque porro metuendum & colendum; colendum, inquam, non sceleribus ac vitiis; sed pietate & sanctitate? Et quis enumerabit omnia? Esto sanè, non sit in istis tanta certitudo, quanta in superioribus, quod hic pro adversa parte aliquid opponi queat; unde & hanc partem argumentationis argumentis confirmari necesse sit, id quod perpetuo tamen verum esse negamus. At summus etiam, utrū vidimus, certitudinis gradus is nihilominus est, cui opponi quidem aliquid potest, sed tamen minoris ponderis, quam ut lancem hanc dimovere, & ex imo attollere queat. Eiusmodi autem certitudo etiam in rebus ad salutem

necessariis sufficit. Quum ergo illa, utut imbecillum aliàs sit rationis sensuumque nostrorum judicium, nihilominus haberi possit: jam nihil in istâ ratiocatione superest, quod à nostrâ nos dimovere sententiâ possit. **Quid?** etiamsi minor certitudinis gradus esset, esset tamen ad fidem constituendam sufficiens. Suos enim & ipsa gradus habet. Est enim perfecta fides, est perfectior, est perfectissima. Sic etiam imperfecta est, est & imperfectior, & imperfectissima. **Quid?** est & dubia fides, & ex futuro eventu suspensa. Quâ de re videatur Iesuitarum doctissimus *Maldonatus*. Præterea in eo maxime fidei virtus, &, ut sic dicam, meritum cernitur, si magnis etiam sc̄s̄ opponat obstaculis.

Comt
in Ioh:
4:48. &c
seq:

Ca-

Caput VII.

De Corruptione Rationis.

Aliterum quod in naturâ rationis reprehendunt adversarii, id esse diximus, quod corruptam esse, & proinde ad judicandum de rebus sacris ineptam clamant. Verum istud rem, quam volunt, nequaquam conficit. Si enim ejusmodi intelligent corruptionem rationis, quæ ex vitiiorum consuetudine contradicta est, uti verbigratia, ebriosi, itacundi ad judicandum inepti istorum vitiiorum consuetudine redunduntur, vel quæ à Deo ob ante-gressa scelera est immissa, veluti cum ille flagitiosos excæcat & mente quodammodo privat, seu

in sensum reprobum tradit; tum extra oleas eos vagari manifestum est. Neque enim in universum omnibus, vel istam vel illam inesse corruptionem audent dicere. Nam in quibusdam tantum repetiti hominibus certum est. Illorum verò, qui hoc modo depravati sunt, ratio sana non est : nec talis, qualis à nobis judex constituta fuit. Sint ergo illi tales inepti : At non propterea alii, quorum nondum eo modo corrupta est ratio. Quod si verò universalem quandam rationis intelligant depravationem, quæ omnibus omnino hominibus naturaliter insit, eò quod ex lapsu primorum parentum dependeat ; tum mirari cum prius licet, qui factum, ut nec *Baroniūm*, nec *Laetantium*, hęc objectio retinuerit, quo minus

nus rationem sanam etiamnum post lapsum, uti suprà vidimus, controversialium fidei judicem nobiscum constituerent. Aut ejusmodi illos corruptionem ignorasse necesse est: aut probè animadvertisse, etiam si sit, non impedire tamen, quin sufficiens ad fidei controversias dijudicandum, etiam post lapsum hominis, sit ratio. Nos certe de ratione hucusque locuti sumus tali, qualis naturaliter post lapsum omnibus generatim hominibus hodieque inest, dictoque modo excolitur. Neque Ciceroni, cuius testimonium ante adduximus, de alia aliquâ ratione quicquam constitit, neque ullum ejus rei indicium est, quod de alia ratione Deus ipse, aut Prophetæ, aut Christus, aut ejus denique Apostoli verbis suprà à

nobis allegatis, loquuntur. Quin
imo de hac ipsa eos loqui mani-
festum est. Hominibus enim
post lapsum viventibus id , de
quo agunt, vel exprobrant, vel
præcipiunt. Sive jam corrup-
ta ea sit; sive non sit: de illâ, qua
attulimus, omnia verissima sunt.
Neque enim dici potest, corru-
ptione etiam positâ, adeo omnia
corrupta esse hominis mem-
bra, omnesque animæ faculta-
tes, ut officium facere suum am-
plius nequeant. Alioqui nec
pes stare , nec manus compre-
hendere, nec oculus videre , nec
auris audire, nec phantasia lege-
re , nec memoria retinere quic-
quam posset. At hoc sine du-
bio absurde dicitur. Qui ergo
ratio, quod ejus est officium, in-
telligere & dijudicare non pos-
set. Et tunc sane firmius homo-

ante lapsum, comprehendenter fortius, viderit acutius, audierit velocius, intellexerit facilius, judicariet acrius: Nunc vero corrupti sunt pedes, manus, oculi, aures, ratio. Attamen ut pedes satis adhuc sunt apti ad consistendum, manus ad comprehendendum, oculi ad videndum, aures ad audiendum: ita rationi tantum haut dubie restabit aptitudinis, quantum ad intelligendum & judicandum sufficit. Exceptio autem illi, quod in naturalibus id valeat, non in spiritualibus, iam ante occurritus: ostendimusque rationem, qualis naturaliter nunc etiam post lapsum in omnibus est hominibus non magis ad naturalia, quam ad spiritualia determinatam esse, neque minus ad divina quam humana, percipienda &

dij-

dijudicanda per se accommodatam : Differentiam non nisi in principiis , & revelationis modo, ac tractationis raritate , aut frequentia consistere. Sed operæ pretium erit inquirere, utrum eo, quo illi dicunt, modo hominis natura , ac porro etiam ratio ex lapsu Adami corrupta sit. Nam etsi, ut vidimus, corruptio illa, si esset, nostræ sententiæ nihil obstareret : Si tamen præterea planum fuerit , nullam esse ejusmodi corruptionem; adversariorum objectio nullas vires habebit, & sententiaz nostræ veritas erit manifestior. Itaque si, ut illi tradunt , propter Adami Evæque primum peccatum, & ipsorum, & omniū porro hominum corrupta esset ratio, seu natura universa : tum verò necesse est, ut vel peccatum illud sua

suâ naturâ ejusmodi corruptio-
nem secum traxerit , vel Deus
peccatum vindicans , ejusmodi
pænam liberâ voluntate impo-
suerit. At neutrum vero est
consentaneum. Etenim si prius
illud dicas ; quid caussæ est, cu-
non sequentia peccata pariter
tale malum hominibus attraxe-
rint , & graviora etiam gravius?
Peccarunt autem saepius non
tantum primi parentes , sed &
omnes eorum posteri. Itaque
& illi subinde post singulos pec-
catorum actus pejores facti,
graviusque corrupti fuissent : &
nos post tot demum genera-
tiones nati , cum ob hereditariam,
tum ob nostris erroribus con-
tractam depravationem vix ho-
mines essemus ; aut manus pe-
desve movere,id.est,ne peccare
quidem amplius possemus. Hoc

autem, nisi vehementer fallor, falsum est. Falsum ergo & illud, unde consequitur: Nempe peccatum ipsum per se ejusmodi depravationem humanæ naturæ secum trahere. Non negamus equidem ex crebris peccatorum actibus contrahi peccandi habitum: naturamque hanc ratione non nihil corrumpi: Sed hoc ad rem nostram nihil facere, jam ante ostendimus. Peccatum enim illud Adami primum, ex quo illi omnia hæc mala arcessunt, unicum tantum fuit, seu actus unicus: Is ergo habitum parere haut potuit. Et utur ex posteris hoc modo corruptam naturam quidam habeant, de omnibus tamen id ipsum dici nequit. Neque ejus rei origo in Adamo, aut primo ejus peccato; sed in voluntariâ posterorum malitia;

quærenda est. Non negamus, etiam concupiscentiam quan-
dam mali vi seminis parentum
transfundit in posteros. Sed id
primum necesse non est, ex pri-
mo Adami peccato derivare.
Poterunt enim & proximi pa-
rentes in causa esse. Deinde
concupiscentia illa non ex hâc
universalî humanæ naturæ cor-
ruptionē originem trahit. Nam
etiam in Adamo Evaque ante
lapsum fuit: concupiverunt e-
nīm fructum vetitum, antequam
comederunt. An ergo corrup-
ti erant, antequam corrumpen-
tur? Nec est ipsa illa corruptio.
Nam si concupivissent quidem
primi parentes fructum, absti-
nuissent tamen: haut dubie præ-
ceptum Dei, quod de non com-
edendo erat, non de non con-
cupiscendo, transgressi non fu-
is-

issent. Neque igitur corrupti
inde fuissent. Deinde non u-
niversalis, seu in omnibus o-
mnino hominibus illa concupis-
centia est: Et si quibus inest, in a-
liis major, in aliis minor est. Pre-
terea honestâ educatione & stu-
dio corrigi ac plane tolli potest.
At eam corruptionem & omni-
bus inesse, & parem in omnibus
esse, necesse est. Et nunquam,
quoad homo vixerit, tolli posse,
assertores ejus volunt. Ergo
nihil illi cum hac corruptione
commune est. Quod si verò
ad alterum illud configrias, De-
umque primum illud Adami
peccatum ejuscemodi corru-
ptione vindicasse dicas: tum haut
scio an longius à veritate rece-
das. Etenim quæ facta unquam
esse probari nequeunt, affe-
tis: & quæ justa non sunt, Deo
attri-

attribuis. Ne de eo nunc quicquam dicam, quod nequaquam dignum sit Deo, humanum genus, quod in laudem & gloriam suam considerat, post primum illum, eumque unicum peccati actum tantopere depravare, ut ad finem istum consequendum plane ineptum redderetur. Non patum certe, si id, quod illi volunt, verum esset, Dei, si non æquitati, saltem benignitati, sapientiæ, constantiæque decederet. Illud vero ab omni æquitate & justitiâ remotissimum est, ad eoque Deo sine blasphemîa attribui nequit, quod propter primum illud Adami peccatum posteros omnes puniverit: quum innocentes illi haec tenus fuerint. Neque enim consentire, neque quicquam ad factum illud conferre, quum nondum essent, potue-

tuerunt. De pœna autem proprie-
 dicta loquimur: quam noxæ vin-
 dictam supra definivimus. Etsi
 enim si absolutum Dei jus, ab
 omnibus remotum promissioni-
 bus, spectes, sine injuria etiam
 innocentissimum affligere, peni-
 tusque in nihilum redigere Deus
 potest: punire tamen innocentem,
 quia is talis est, iure nequit.
 Pœna enim sine injustitia locum
 non habet, nisi ubi noxa seu cul-
 pa est. Quare cum posteri Ada-
 mi, utut ceteroqui propter pro-
 pria peccata pœna digni, quod
 tamen ad primum illud Adami
 peccatum attinet, innocentes
 sint: puniri ob id ipsum sine in-
 juria nequeunt. Neque valet,
 quod objicere solent, injustum
 non esse, si debitum paternum
 exigatur à filio bonorum pater-
 norum hærede: etiam si debitum
 ha-

hæreditate majus sit: quum ergo posteri Adami humanæ nostiz, utut corruptæ, hæredes tamen sint: injustum non erit, debitum illud Adami ab hæredibus istis exigi. Diversissima enim ratio hæreditatis ab humana natura, que a parente primo in posteros derivatur. In illa enim adeunda libero arbitrio locus est: in hac verò adipiscenda minimè. Filio enim liberū est hæreditatem paternam adire; vel non adire, creditoribusque relinquere. At cui nostrum, quum nondū essemus, liberum fuit, ex Adamo nasci, vel non nasci? Qui verò libere in se recipit alterius debitum: is semetipsum debitorem constituit: Itaque illi injuria fieri nequit. Id quod etiam dicendum, si mortuo parente nihil filio relinquatur, modo postquam

ex

ex ephebis excessit filius , un-
cum parente debitum contraxe-
rit , aut bonis paternis usus sit .
At sine ullo consensu meo alte-
rius culpa mihi obtrudinon de-
bet . Minorem vim habet , quod
de radice objiciunt , quā corru-
ptā integrariborem corrumpi
necessē sit . Vnde colligunt ,
quia Adam humani generis ra-
dix fuit : illo delinquente o-
mnes ejus posteros pœnæ sub-
jectos esse . Primum enim exi-
guum probandi robur inesse ar-
gumentis à similibus ductis ,
vulgo etiam notum est . Dein-
de recte constitutam esse simili-
tudinem nego . Nam nec A-
dam cum radice , nec posteri ejus
cum arbore eo modo recte con-
feruntur . Etenim nec arbor
radici succedit : Nec radix ante-
cedit arborem . Deinde radice

ex-

excisa, non est superstes arbor.
At Adamus fuit, cum nondum
essent posteri. Et isto jamdudum
etiam mortuo, illi supersunt.
Rectius ergo Adamus primævæ
comparatur arbori. Ejus verò
posteri surculis inde exectis, aut
arboribus novis inde propaga-
tis. Ex ejusmodi verò compara-
tione concludi non poterit, jure
posteros Adami ob primum il-
lad peccatum puniri potuisse.
Sed ut istud sit iniquissimum, est
tamen aliquid amplius, idque
longe iniquius. Nimirum puni-
re Deus decrevit, & minatus est,
punitque homines ob id ipsum,
quod non fecerunt ea, quæ face-
re, ipso impediente, uti illorum
fert sententia, non poterant. De
decreto, comminatione, pœna-
que res est manifestissima. Ho-
mines autem facere non posse,

quæ

quæ Deus præcepit, illi maxime
urgent, & ut id ipsum obtineant,
ad universalem hanc, de qua agi-
mus, naturæ corruptionem con-
fugiunt. Deo deniq; impediente
homines, quæ debeant, facere
non posse, sequitur, ex eo, si,
quod nunc ex illorum sententia
potuimus, Deus ob Primum A-
dami peccatum universam ho-
minis naturam ejusmodi corru-
ptione vindicavit. Aut insignem
ergo Deo injustitiam adscribant,
necesse est: aut crassam corrupti-
onis illius ignorantiam. At neu-
trum sine blasphemia consistere
potest. Et istam etiam ipsi, dum
Deum corruptionis illius aucto-
rem faciunt, removent. Sequitur
igitur, ut illa sententia de uni-
versali corruptione humana na-
turiæ ac rationis, ex primo Ada-
mi peccato derivata, longè sic
fal-

falsissima. Neque fieri posse existimandum est, ut factum id esse à Dco, probari queat, quod justitiae & æquitati repugnare certum est. Potius si quid occurrat ejusmodi, è quo prima fronte istud consequi videatur: cuivis cordato in id sedulò elaborandum, ut ipsum commoda interpretatione adhibita ita explicetur, ne iniquitatis vel minimam particulam Deo omnis æquitatis & rectitudinis fonti imputari necesse sit. Quanquam ad illa, quæ objicere adversarii solent, resolvenda, non multo labore opus est. Partim enim ad experientiam provocant; partim dicta quædam S. Scripturæ producunt, quibus corruptam à Dco, propter primum Adami peccatum, universam hominum naturam demonstrare conantur.

K Et

Et ad experientiam quidem quod attinet, ita argumentantur; quia peccati pœna mors est: videamus autem omnes homines mori, etiam eos qui peccatum ipsi nullum commiscerunt: quales sunt infantes: ideo, ut primævum illud Adami peccatum in illis morte vindicetur, necesse est. Ad hujus argumentationis resolutionem probe intelligendum est, quomodo mors peccati pœna sit, quomodoque infantes ob primum Adami peccatum moriantur: Illud non hunc habet sensum, quod ibi peccato locus non sit, ubi nec morti locum esse ullum. Hoc enim si simpliciter accipiatur, falsum est. In Adamo enim, etiam ante lapsum, mors locum habebat. Mortalis enim erat. Etenim ita à Deo ab initio creatus fuit;

at, etiam si nunquam peccasset, sua tamen natura mori potuisset. Sua, inquam, natura. Nam si Deum respicias, potuisset ille prohibere, ne moreretur unquam, licet mortalis esset. Nimirum distinguendum est, inter mortalitatem & mortem ipsam, seu moriendi necessitatem. Etenim mortalis quisquam esse potest, qui tamen mortis necessitati non sit omnino subiectus. Quemadmodum fideles illi, qui vivi deprehendentur in adventu Domini Iesu, sine dubio mortales futuri sunt, id est tales, qui mori sua natura possent, sibique relicti omnino morerentur. Nec morientur tamen, sed ex mortibus, mutatione facta, immortales repente sicut. Igitur mors ipsa, seu moriendi necessitas, peccati pena est: non mortali-

Kij tas.

tas. Eam enim fuisse hominis naturam, etiam antequam peccaret, ut mori potuerit, non pauca satis manifeste docent. Extra enim formatus fuit, & haud dubie talis, qui igne comburi, aqua submergi, laqueo suffocari, ferro confici, ex arbore decidere, lapidibus obrui, à feris lacerari, aliaque ratione violari, si illius naturam respicias, potuerit. Ad sui conservationem cibis, ad speciei propagationem liberorum generatione opus habuit. Istis vero non indigent, qui mori nequeunt. Accedit arbor vita, qua opus non fuisset.

I. Cor. 15: 45. • lus certe sine consideratione peccati primum hominem mortalem, Christum immortalem facit: illum ut parentem nostrum naturalem; hunc ut Spiri-

ritualem. Et postquam Christus peccatorum pœnas à fidelibus sustulit; eos tamen mortales adhuc videmus; ut inde satis appareat, mortalitatem non esse peccati pœnam, sed homini naturalem. Neque obstat, quod & mors ipsa, seu moriendi necessitas etiamnum Christi fideles maneat: unde colligi posse videtur, etiam istam naturalem, nec peccati pœnam fore. Et enim distinguendum est iterum inter mortem æternam & temporalem. Illa proprie & vere mors dicenda, & à fidelibus per Christum sublata est: hæc autem non mors, sed somnus, & ad vitam sempiternam transitus est. Hæc ut & aliæ calamitates fideles hodieque manent, non ut pœna peccati (Peccata enim illis remissa sunt) sed partim, ut fides

ipsorum probetur; partim ne naturam ipsam hominis hac in vita Deus immutet. Quia ratione non tantum omnis ab Euangelica fide resiliendi praetextus impiis praecideretur; sed & vis quodammodo iis ad conversionem inferretur, nullusque fidei aut virtuti locus relinqueretur. Nimis enim magna esset inter fideles & infideles, quod ad Dei beneficia attinet, in hac vita differentia, si vel his in terris illi perpetuo viverent; vel vivi in cœlum subinde ex illis aliqui raperentur. Ne ergo omnis è medio virtus tolleretur: temporalis illa mors, si modo mors dicenda à fidelium natura, quam consequitur, auferri non debuit. Id quod etiam in doloribus partus, aliisque naturam hominis consequentibus dicendum est.

Quod

Quod ergo ad alterum attinet, ex dictis apparet, etiam in infantibus mortem locum habere posse; licet nullum in illis peccatum sit: quia & ipsi sua natura mortales sint. Deinde quod ad mortis necessitatem attinet, ea primis quidem parentibus poena peccati fuit: at non omnibus prorsus eorum posteris: nisi & ipsi peccatum commiserint, in eoque sine pœnitentia perseveraverint. Reliqui vero quod moriantur, non ex eo est, quod peccatum in illis aliquod puniatur: Sed quia ex Adamo mortali subiecto nati sunt. Quemadmodum si quisquam osculus aliquod suum ignobilitate exiliove puniatur: ipsius posteris ignobilitas illa, & quod in alia terra habitent, non est pœna, sed conditio, in qua nati sunt.

Et hactenus infantes ob delictum Adami quidem mori dicti possunt: Verumtamen, nequam punitur, sed naturalem mortalitatem, conditione ipsorum, in qua nati sunt, ita ferentes, explent. Denique, quam mors æterna peccati poena sit: Infantes autem æterna morte mori non sit verisimile: Ideo ex infantum morte nequam colligi potest, Deum ob primum Adami peccatum poenam infligere posteris. Restant ergo ea scripturæ loca, quibus probare se posse existimant, universam omnium hominum naturam, ob primum illud Adami peccatum, corruptam esse. Sed quia illa non uno in loco ab aliis explicata sunt, paucis ea hic attingere sufficerit. Quod ergo scriptum est: ** Omnia cogitatio cordis ba-*

mani maligna solum omni die; &
iterum: ^t Cogitatio cordis humana ^{Geo.}
^{8: 21.} mala à pueritia: id non nisi de vo-
luntario postero rum peccato in-
telligendum est. Nec obstat,
quod cor ipsum, ejusque cogita-
tiones arguantur. Nam nec in-
de corruptione totius naturæ à
majoribus derivata probatur.
Fuit enim & in Adamo & Eva
cogitatio cordis mala, antequam
malum facerent (Peccatum e-
nim illud prius huiusmodi conce-
perunt, quam perpetraverint).
Neque tamen illorum naturam
ob majorum aliquodd peccatum
corruptam esse quisquam dixe-
rit. Deinde quod ad priorem
locum attinet, de tali peccato is-
loquitur, propter quod cum
penituit Deum, se hominem
condidisse: tum diluvio punire
decrevit. Atque istud de cor-

ruptione illa ob primum Adami peccatum à Deo ipso profecta dici nequit. In loco posteriore non dicitur, cogitationem cordis humani malam esse (alioqui eadem res in causa est, quare Deus diluvium mundo immittere denuo nolleret: quæ antea fuit, quare immitteret). Sed hoc dicit Deus: etiamsi futura sit mala cogitatio cordis humani, se tamen propterea denuo mundum diluvio non puniri cum universali illa corruptione, ex Adami primo peccato dependente, nihil committit. Verba porro Davidis: quod in iniustitate conceperis, & quod in peccato ipsum mater ejus calciferis: cum de Davide solo loquantur, non protinus ad omnes in universum homines extendenda sunt. Deinde quod sibi

si bi innatum dicere videtur Da-
 vid, id non ad Adamum, sed ad
 matrem suam refert. Potuit
 autem mater Davidis ex peccan-
 di consuetudine corrumpere
 naturam suam, ex eaque corru-
 ptione pronitatem quandam ad
 peccata in filium transmittere:
 quæ pronitas tamen nec omni-
 bus insit hominibus, nec ab A-
 damo usque derivata sit: nec
 proinde illa sit, de qua modo lo-
 quimur, corruptio. Quamvis
 præterea hyperbolica locutio es-
 se potest: Qualis & illa: Aver. Psa.58:
si sunt ab utero impii, erraverunt à^{4.}
vulva falsi-loqui. Et, transgressio- Esa.48:
rem ex utero vocavi te: Itemque;^{8.}
In peccatis meus es totus. Ne- Ioh.9:
 que enim hæc ad innatum Ada- 34.
 mi peccatum referri possunt.
 Et enim verba, cum de peccato-
 rum actibus, cum de peccatis

pluribus loquuntur. At illud unum est, & actus posteriorum dici nequit; ab actualibus enim peccatis vulgo distinguitur. Deinde qui potuisse hoc ipsum impensis objici, quod nec in ipsorum potestate, nec magis ipsis, quam pientissimis omnibus competit? Quod si vero quisquam verba ab utero, à ventre matris urgeat, iisque innatum & originarium aliquid denotari omnino velit, videat ne & innatam hominibus originalem misericordiam, spem ac fiduciam in Deum eodem argumento statuat. Apud Iobum enim est: *Ab infancia mea crevit mecum misericordia, & de utero matris meae egressa est mecum:* vel, *De Psa. 22: duxi eam nempe viduam;* & apud Ioh. 11. Davidem: *enies, qui extraxisti me de venere, spes mea ab uteribus matris meae.* In te projectus sum ex:

Hiob.
31: 18.Psa. 22:
10: 11.

atero, de venere matris meæ Deus
 meus es tu. Præterea in Adamo omnes peccasse ex Apostolo objice-
 re solent: sed nec id in textu ha-
 betur, nec ex eo colligi potest,
 quod in Adamo peccaverint. Re-
 stius ergo interpretes alii verba
 græca ἐπώνυμοι cedididerunt, eo quod
 seu quoniam vobis iam quatenus
 ut sensus sit, omnes homines
 mori, quia, vel quatenus omnes
 peccarint. Hoc autem ad A-
 dami peccatum non pertinet.
 Objicere & alia solent, que par-
 tum certum tantummodo genus
 hominum, sive Iudeos, sive Eth-
 nicos attingunt; unde ad omnes
 homines non est firma collectio:
 partum non fecisse homines, que
 facere debebant, docent; inde
 vero non rectè concluditur, eos
 facere non potuisse. Omnia
 autem de voluntaria hominum
mag.

malitia, non autem de ea quæ ex Adamo innata sit, loquuntur. Restat ergo, ut concludamus, nullo posse ostendi modo, ita corruptam esse hominum omnium universam in primis parentibus naturam, ut inde ratio ad intelligendum & dijudicandum ex sacris litteris ea, quæ ad salutem nostram necessaria sunt, impa facta sit.

Caput VIII.

De Abuso Rationis.

ADHUC de natura rationis habuimus: consequens est, ut, an usus ejus, minus probus, investigandum sit. Hic autem diligenter inter verum rationis usum, & ejusdem abusum discerni debet.

bet. Itaque ut oculorum video, aurium audire: ita rationis sive intellectus usus est, recte intelligere, & ex justis principiis dijudicare, hoc est, verum à falso discernere, uno verbo bene differere. Quod totum disciplina illa, inde denominata Logica, complectitur. Ea enim instrumenta varia suppeditat, modumque ostendit, ad res quasvis, sive sacræ illæ sint, sive profanæ, tum explicandas, tum ratiocinatione tractandas: sive illæ confirmandæ aut refellendæ sint, sive ex illis aliud aliquod colligendum. Explicationi inserviunt enuntiationes suis partibus, antecedente & consequente constantes: quæ quidem, si formam respicias, vel affirmantes sunt vel negantes, simplices aut compositorum. Si mate-

siam:

riam: veræ vel falsæ, necessariæ, vel contingentes: incompletæ et que synonymous, aut paronymous, vel completæ, ut definitiones aut distributiones. Ratiocinationis vero instrumentum syllogismus est, cuius forma vel simplex, vel composita est; materia vero principiis innititur vel cuivis rei propriis, vel omnibus rebus communibus. Hæc autem omnia ad usum adhibere docet eadē disciplina, tradita justa methodo tum disputandi, tum docendi. Nam cum quæ ad legitimam disputationem pertineant, quæque disputantium tam officia, quam privilegia sint, ostendit, modumque tradit, quo cū argumentatis thesin adversarii oppugnare, tum respondens fallacias opponentis resolvere possit: tandemque quo in docendo

uten-

utendū sit ordine explicat; quomodo ab universalibus ad singulare, à facilitioribus ad difficilio-
ra progrediendū, quomodoque
mentib[us] diversa transitionū vin-
culis connectenda sint. Hæc ve-
rò quis est, qui in saeculis impro-
bare ausit? Ergo neque verus
rationis usus est rejiculus: abu-
sus autem, uti rei cuiusvis, ita &
rationis varius est. Non debet
autem quod ex abuso est, ip-
si rei imputari. Sed quia con-
fusionē ejusmodi abusus cum
ratione ipsa, veroque ejus usu nō
tard in ea controversia peccatur:
idēt[er] paulo fusiū ea de re porro
explicabimus. In abusum ergo
venit ratio vel malitia homi-
num, vel eorumdem inscitiā.
Qui ex mālitia ratione abutun-
tur, vel carnales planè sunt; vel
solum animales. Carnales sunt,

qui

qui appetitui^r, & carnis concupiscentiis habenas laxant, & flagitiosis etiam se se volutare voluptatibus non exhorrescunt: quin etiam rationem, honesta libertatem suadentem, opprimunt, & avaria voluptatum carnalium genera excogitanda adigunt. Quod hoc modo ratione abutuntur, nonne quidem ad humana, neandum ad divina cognoscenda, & recte disjudicanda sunt idonei. Animalia vero sunt, uti Apostolus appellat, qui pudorem quidem non omnem exuerunt: imo qui honestatis & decoris etiam studiosi sunt: verum non nisi quantum ad hunc mundum, & hujus vitae, quae illi existimant, bona, ceu sunt divitiæ, honores, varius splendor, & quæ alia ab hominibus mundanis summi boni loco expeti solent, attinet. His

tales , quia supra præsentia , & mundum hunc extollere rationem recusant , ea non recte uitantur , adeoque stultitia ipsis est , quicquid de futuræ vite felicitate , & via ad eam per contempnū , & calamitates varias perveniendi dicitur : Et proinde iudicis officio indigni meritò censentur . Qui verò ex inscitia ratione sua abutantur , non illi nobis hic sunt , qui sine sua culpa veritatem ignorant , & inde erant , si scilicet nullam illi verè perspiciendi occasionem habuerint : Sed eos intelligimus , qui , quum veritatem cognoscere potuissent , eam neglexerunt ; adeoque sua culpa in ignorantia habent . Vnde etiam ab hoc hominum genete malitia non longè abest . Inscitia autem illa vel rerum est , vel instrumentorum

sum ad eorum cognitionem ne-
 cessariorum. Res vel divinas
 ignorantur, vel naturales. Qui
 res divinas ignorant, vel ex præ-
 conceptis opinionibus, vel ex
 principiis sc̄rum naturalitū pro-
 prijs cas astimant. Vtrumque
 magno cum rationis abusū, &
 veritatis jactura. Ex opinione
 sua discipuli Christi ipſius re-
 gnum astimabant. Hinc de pre-
 rogatiya litigabant, & quæ de
 morte ſua Christus prædicebat,
 ut ut verba per ſe eſſent clarissi-
 ma, intelligere tamen non po-
 tent. Utinam plures hoc ex-
 emplum obſervarent, nec ſe ſe
 eodem modo extra recti judicij,
 ac porro veritatis lineam abripi
 paterentur. Fit enim plerumque,
 ut qui ad aliorum ſententias ex-
 minandas ſe ſe accingunt, funda-
 mentia immobi, & principii indu-
 bitati

Luc. 18
 33. 34.

bitati loco suam dudum animo conceptam opinionem collocent, & quæcunque ab illis disident, tanquam falsa, & reje-ctantia damnent. Vnde porro fit, ut vel clarissima scripturæ dicta, quæ isti ipsorum opinioni adversantur, intelligere nequeant; vel à genuino coquè simplissimo sensu ita alienum detor- quere cogantur. Idem illis Christi Discipulis eveniebat. Opinabantur illi Christum regem futurum mundanum, & eam opinionem fundamenti loco collocabant, tanquam certissimam. Huic ergo quia adversari videbant, quod Christus de perse- cutione, de passione, de qua morte sua truculenta dicebat; id est quum falsitatis id arguere non auderent, alio modo, quam verba præse fercant, intelli-

gen-

gendum putabant : quo verò modo intelligendum sit, ignorabant: & fortassis, si operam impendissent, aliquid commentari suissent, quo ita Christi verba explicassent, ut salvam opinionem suam retinuissent. Nec movere quenquam debet, quod sententiaz sue fundamentum in ipsis sacris litteris se habere existimet. Etenim nec istis Christi discipulis suaz opinionis esse fundamenta videbantur. Quęcunque enim in Prophetis de Christi regno prædicta sunt, ita comparata sunt, ut prima fronte, & secundum sensum historicum seu litteralem, quem vocant, regnum aliquod mundanum indigitent. Quia nimirum sub typo rerum hujus seculi spirituale Christi regnum figurabatur. Et tamen opinio illa

illa falsa fuit. Nisi ergo quisquam *αἴσιον προκείμενος* & libera puraque mente de se ipsa ex veris principiis, non ex opinione, qua animum imbuat, judicavit: nec facile verum videbit, nec recte ratione sua utetur.

Quemadmodum qui per vitrum coloratum vident, nec recte utuntur oculis, nec de rei, quam intuentur, colore recte judicare possunt. Quanquam & minus sana istorum rationum dici possit ratio. Iam enim, veluti iecticorum oculi, peregrino colore infecta, & veluti febricitantium gustatus alicno sapore corrupta est. Atque ad hoc hominum genus pertinent, quicunque vel Sectam seu Ecclesiam suam, vel Doctores suos homines magnae auctoritatis, & eruditionis, vel Patres, vel Concilia, vel alios,

quos

quos illi venerantur, errare non posse; vel ut aliquid veri ac falsi in eorum sententia continetur, quos illi haereticos appellant, impossibile esse sibi persuadent. Pessima ejusmodi persuasio, & haut scio an nihil magis veritatis inquisitioni sit noxium. Vereor tamen, ut omnes, qui id agnoscunt, satis hoc malum aversentur. Nimirum in Pontificiis id alii, qui ab illis discesserunt, merito improbant. At plurimi tamē, eadem persuasione quodammodo dementati, codem in luto haerent. Non postulamus, ut sententiam tuam falsitatis prolius damnes, & prossus abjicias. Eset id ~~an~~ ~~per~~ ~~mea~~ ~~culpa~~. Hoc autem volumus, ut fieri posse credas, vel te ipsum in errore haerere; nisi satis accurate in fundamenta

sen-

sententiæ tuæ inquisieris, eaque
 verissima esse deprehenderis:
 vel aliis te falso errorem objec-
 cere; nisi eorum sententiam
 probè cognoveris, & justis pon-
 deribus ad veritatis lancem ex-
 aminaveris. Eo certè si animo
 sis: nec temerè quidvis credes;
 nec tam facili spongia quemvis,
 qui vulgo hereticus, blasphem-
 mus, & nescio quis non audit,
 è libro vitz delebis. Atque
 hæc dicta sufficient, quantum
 quidem ad illud abusuum genus
 attinet, quod ex p̄æconcepta
 opinione proficiuntur. Alio
 autem modo ratione abutuntur
 illi, qui ex principiis rebus tan-
 tum naturalibus propriis divina
 judicant. Quemadmodum qui-
 dem fecisse in sacris literis com-
 memorantur a Sara, & Moses,
 • Nacman Syrus, & Eques Sama-

Gen. 18:10. 11.12.
 b Num. 11: 21.
 22:23. 20:11.
 12. c 2. reg. 5:11.12.
 d 2. reg. 7:2.

e Matt. ritanus, e Iudæi, f Christi disci-
 13:55. puli, g Zacharias, & Sadducæi,
 Mar. 6:3 ipsaque Maria mater Domini.
 Ioh. 7:
 15. Solent illa exempla alii objice-
 f Matt. re adversus rationis judicium.
 25:33.
 Ioh. 6:
 1. Sed nemo sanus id verum ratio-
 7. 8. 9.
 g Luc. nis usum dixerit. Ipsa enim
 1:18. 20 Logica, quæ ratiocinandi, seu ra-
 b Matt. tione bene utendi artis est, unum-
 22:24. seqq.
 g Luc. quodque ex principiis estimare
 1:34. jubet vel cuivis rei propriis, vel
 adeò generalibus, ut hæc etiam
 res sub illis contineantur. Con-
 tra verò si quis ex alienis judicet
 principiis, id nomine *perambulator*,
errando yeres, & fallaciè à dicto
 secundum quid ad dictum sim-
 plicer, damnat ac rejicit. At-
 que hoc modo ratione abutun-
 tur, qui Ecclesiam Christi, &
 regnum ejus spirituale ex prin-
 cipiis politicis, societati civili,
 regnisque mundanis, tantum
 com-

competentibus fabricant. Hinc illa potestas iudicis : hinc Papæ dominium: hinc tot coactionum & mortium religionis caussâ il- latarum genera: hinc ille fastus & splendor eorum, qui sacris se- fe p̄eesse dicunt. At Christus ea ad reges gentium pertinere dicit. De suis verò ait: *Vos au- tem non sis*: Porro ex ignoran- tia rerum naturalium errabant Christi discipuli, existimantes ipsum esse Spiritum: Vnde & argumento Philosophico eos Christus refellit. Spiritus car- nem & ossa non habet. Ego carnem & ossa habeo. Non sum igitur Spiritus. Propositio ex natura spirituum desumpta est. Assumptio à sensuum testimonio comprobata : quia vos videtis. Itaque exemplum hic est & abu- fus veri in discipulis, & usus veri

Luc. 24
37.

Lij, rati-

rationis humanæ in ipso Christo. Similiter ex ignorantia rerum Philosophicarum peccabant illi, qui adversus doctrinam de resurrectione mortuorum eo utebantur argumento: quod corpora eorum consumpta fuerint. Vnde etiam Apostolus eos dementes appellat, & è media Philosophia de promptis rationibus refutat. Sic etiam discipuli Christi in præcepta logica impingebant, quum id, quod à Christo cum conditione dictum erat, si ~~volve-~~
 Joh. 3:11 ~~re~~, ut vivas, quid ad te? sine con-
 23. ditione accipiebant; enunciatio-
 nem compositam pro simplici;
 indequè malè concludebant, Io-
 hannem non moritum, non
 considerantes scilicet, conditio-
 nem nihil ponere. Vnde &
 Johannes hoc ostensio vicio eos
 re-

refutat. Atque hoc Apostoli monitum pertinet, ut caveamus, ne quis nos paralogismis, seu ^{Col. 2:4} malè constitutis collectionibus decipiat. **Quod** etiam referri potest, si quis ratiocinationes legitimas immerit, tanquam vitiolas reprehendit, ac rejicit: cuius generis bene multa apud alios exempla repertas. Duo hic annotasse satis sit, quæ ex ignorantia modi disputandi pululant. Sunt qui respondentis, & argumentantis officia probè discernere nesciunt, & quemadmodum argumentantis est, thesin adversarii, id est, respondentis directè oppugnare, suam verò confirmare: ita respondentis esse censent, adversarii, id est, argumentantis thesin directè op-pugnare, suamque confirmare, quæque responsiones id non.

præstant, eas tanquam vitiosas rejiciunt. At respondentis non est, suam thesin confirmare, aut adversarii directè oppugnare. Eſſet enim hoc absurdè, concessis præmissis, conclusionem negare, quia nec in forma vitium aliquod esse docueris. Satisfecisse autem officio sua censendus est, si argumentationem opponentis firmum non esse ad probandum id, quod in quaſtione erat, ostenderit. Ostenderet autem, quamprimum ſaltem alteram præmissarum, uti vocant, falsam esse demonstraverit: id quod ejuscemodi reſponsione rectissime perficitur. Etenim contradictoria enunciationis negatæ probatur: Ut inde ipsam negatam enunciationem falsam esse appareat. Ex eodem fonte & aliis error profici-

ciscitur. Sunt enim præterea, qui vehementer cum respondendi modum exagitant, quo dicitur, posse verba ab opponente adducta alio, atque ille voluit, modo intelligi, acerbiorque sarcasmo excipere solent: egregia ratio, verba alio modo accipi possunt; ergo debent; ergo hoc modo non possunt! Sed nec respondens eo modo concludit: Neque ut ita concludat necesse est. Etenim sufficit illi, si contradictoriam ejus enunciationis, quam in opponentis syllogismo negavit, veram esse docuerit: Cujus rei causam supra indicavimus. Hoc ipsum verò docet, dum verba, quæ argumenti loco adducuntur, alio modo, quam opposens voluit, intelligi posse ostendit. Opponentis enim consequentia sta-

L. iiiij. tui.

tuitur necessaria, cuius nimis sum
contradictoria falsa sit. Ne-
cessarium autem est, quod ali-
ter esse non potest. Ergo quod
aliter esse potest, non est neces-
sarium. Itaque dum dicitur,
posse aliter verba intelligi, si-
mul dicitur, non esse necessari-
um, ut ita intelligantur, quem-
admodum argumentantis rati-
ocinatio requirebat. Ostensio
autem opposentis consequen-
tiam non esse necessariam: con-
clusionem ejus inde non recte
colligit sequitur. Ex illis vero,
quæ hucusque dicta sunt, facile
apparet, quam immereit nobis
objiciatur illud, quod de se A-
postolus ait: *Arma militie nostra
non carnalia; sed potentia Deo, ad
destructionem munitionum, confo-
lia destruentes, & omnem alien-
dinem, excoquentes se ad versus feci-*

*2. Cor.
10:4.
seqq.*

Inciām Dei, & in captivitatem redigentes omnes intellectum in obsequium Christi. Neque enim de suis hic Paulus loquitur consiliis, aut de suo intellectu destruendo, & in captivitatem redigendo: sed de adversarii sui. Adversarii sui consilia destruxit: adversarii sui intellectum in captivitatem redegit: Idque non sine ratione; sed maxime ratione usus. Eā enim, tanquam manu comprehendit arma, seu principia, quibus pugnabat. Non carnalia illa erant, seu principia talia, quæ carnis tantū voluptates, honores, opes, & alia hujus mundi bona respiciunt: Verum spiritualia arma, seu principia ejusmodi, quæ futuræ vitæ bona spectant. Principia autem rationi non imagis opponi possunt, quam arma manui. Ab ea enim illa ap-

pre-

prehendi, dirigi, urgerique debent. Præterea non ipsam rationem aut intellectum, ejusve usum legitimum in adversario suo reprehendit Apostolus; sed ejus abusum. Nimirum quo se se adversus scientiam Dei, uti verba Apostoli habent, extollebat. Abusu autem sublatu; non protinus res ipsa, verusque ejus usus tollitur.

Cætera auctor morte præventus absolvere non potuit.

F I N I S.



